an veniat anullanda cōditione ex hac
lege:vide bart in.l.titia.§.imperator
col.j.in.fi.v.querit glo. de leg.ij.

xv. ¶ Hec lex eſt contra textum in.l.pa
ctum quod dotali.C.de pactis quem
valde comendat bald.in.l.cum archi
medoram.C.vt in poſſeſſionem lega
torum prope finem.v. vlterius quero.
cuius meminit Iaſſon in.§.actionum
inſti.de actio.col. .v.quid autem
ſit. Scripſi in rubrica de donationi
bus inter virum ⁊ vxorem.co.cclxiij.
alias folio.lxxj.col.ij.in mea repetitio
ne.Salubris fuit ⁊ a me antea deſide
rata hec dēciſio:vt ibi dixi.Cui poſtea
interfui in curijs thaurinis vna cū
alijs regis conſiliarijs.pro qua bene
facit.c.j.§. filij nati ſi de feudo fuerit
controuerſia inter dominum ⁊ agna
tum vbi vide bald. Ad idē. c.j. de ma
trimo.ad morganicam contracto.fa
cit.l.naturalis.§. quod ſi faciam ⁊.l.
ſolet.ff. de preſcriptis verbis. videas
rogo paulū de caſtro conſilio. cxlviij.
incipienti ſuper ſecundo puncto in.
quarto dubio.⁊ in.d.l. pactum quod
dotali ad finem.C. de collationibus.

xvj. ¶ Hec lex ſimiliter dicit ꝙ qui ex cau
ſa oneroſa puta matrimonij promiſ
ſit meliorare filium in tertia ⁊ quinta
parte bonorum ſuorum: tenetur hoc
adimplere:⁊ ſi morte preuentus non
impleuit:habetur pro facto.ꝺ primo
facit.c.j.de dona.pro ſecūdo facit de
ciſio.ioh.an.in ſpec.titulo de obliga
tionibus ⁊ ſolutionibus. vbi conclu
dit ꝙ qui promiſſit ſe donaturū titio
domū videtur in effectu donaſſe. vi
de bart in.l.filius.§.diui.ij.col. de leg.
j.⁊ in.l. pater. §. Iulianus agripa de
legatis.iij.bald.in.l.quoties la.j.v.
ſequitur in glo. ⁊. vſ.quero quid eſt
dictum.C.de fideicomiſſis.vide bart.
in.l.iuris gentiū.ff. de pactis ⁊ pau.
cōſilio.cviij.ſi.co. incipit dicta dona.
pro quo.l. ſi pecuniā.ff. ſi certū peta.
alias ſi ego pecuniam.

¶ Adde ꝙ qui promiſſit donare:tene xvij.
tur vacuam poſſeſſionem tradere no
ta.in.l.edibus.§.fi.ff.de donationib⁹
idē de eo qui promiſſit vendere.bald.
in.l.fi.C.de pactis inter emp.⁊ vendi.
vſ.ſed pone.Ad hoc foro legum. lib.
iij.titulo delas ventas.l.xv. facit.l. ſi
conditio.C.de actio.empti ⁊ ven. ⁊.l.
ex empto in principio.ff.eod.Satiſfa
ciat tamē ſi cōſtituat ſe p̄cario nomi
ne emptoris vel donatoris poſſidere.
glo.⁊ bart.in.l.ab emptione.ff.de pa
ctis. ſi cōnſtituēs tempore conſtituti
poſſidebat.l.quamuis.§.ſi cōductor.
ff.de acqui.poſſe.bart. angelus ⁊ alij
in.l.quidam. ff. de rei ven.bald. in. l.
minus inſtructus.C.de acqui.poſſe.
lanfrancus in repetitione.c.quoniā
contra falſam in parte teſtium depo
ſitiones.⁊ ſecūdū iſta itellige.l. quod
meo.ff.de acqui.po.⁊.l.interdū.§.fi.

¶ Pater q̄ ex cauſa oneroſa promiſ xviij.
ſit meliorare vnum ex filijs: tenetur
illud implere: ⁊ ſi non faciat in vita:
habetur pro facto. adeo ꝙ ipſe pater
non poterit reuocare ſi viuens fecit:
vt colligitur ex iſta lege iuncto princi
pio cum fine. Itaqꝫ nec poteſt penite
re ex promiſſione vt hic ⁊ per bald.in
l.quamuis in fine.C.de tranſactioni.
nec factum poterit reuocare.

¶ Promittēs aliquid facere reſtrin xix.
gitur vſqꝫ ad tēpus mortis.l. ij. ⁊ ibi
bart.in principio.ff.de auro et argen
to legato nota.

¶ Paſſados los dias ꝺ ſu vida.Ideſt xx.
ipſo iure morte patris donatio fit.Si
cut dicimus in falcidia.que ipſo iure
reſecat legata.l.plautius.ff.ad legem
fal.Idem vbi euincitur legitima ipſo
iure fit repetitio.l.Scimus in princi
pio.C.de inoffi.teſta.Idem eſt in com

penſatione que ipſo iure fit: vt. C. de compenſa. Idem de teſtamēto quod ipſo iure fit nullum vbi filiꝰ eſt preteritus.l.ij.C. de contra tab. et an requiratur partis petitio:vide ſalicetum in.d.ſcimus.

xxi. ¶ Sean auidas por hechas. Nota ꝙ ſicut melioratio contra promiſſionē de non meliorando:eſt nulla et nō tenet vt ſupra primo reſponſo:ita ſi deceſſit qui ꝓmiſſit meliorare ante meliorationem factam: habetur ac ſi melioraſſet et in vltimo vite ſpiritu meliorationem feciſſet ⁊ eſt noua deciſio quamuis enim pater qui promiſſit meliorare:teneretur id facere ait quidem pretor pacta ſeruabo et illa que procedunt ex labijs meis non faciam irrita. vnde etiam nudū pactum ſeruandum eſt ſaltem de iure canonico. c.j.de pactis.quod tamen promiſſuʒ: cenſeatur impletum in vltimo vite ſpiritu:nouum quid eſt. ¶ Cum certum ſit ꝙ ſi pater promiſſit meliorare filiam:poſtea d̄ceſſit filio et filia equalibus portionibus heredibus inſtitutis. Si dos filie promiſſa erat in maiori quātitate:ꝗ̄ ſit portio in qua fuit inſtituta:idcirco non vult filia ſuccedere:ſed petit ſe dotari ab heredibus patris ſecundum quantitatem promiſſam:dos non habetur pro conſtituta vltimo vite ſpiritu:ſi tantum pater in vita ſua in certa quantitate promiſſa dotare promiſſit. poterit tamē petere filia ab heredibus patris ſe dotari ſecūdū quātitatē promiſſam ſm paulū in.l.ſi ſocer.ff.ſolu.matri. poſt Ray. ⁊ bart.in.l.poſt dotē eodē.ti.et ibi per albericū ſingulariter qui hoc expreſſe decidit.col.x. et dicit fore caſum in.l.ſiquis a liberis.§.idē reſcriptum. ff. de liberis agnoſcendis. Facit quod voluit bald. in.l. fi.col.iij.in principio. C. de dotis promiſſione.

¶ Ratio deciſionis potuit eſſe in cōtrariū.quia in caſu premiſſo promiſſio fuit ſimpliciter facta: in caſu autē in quo lex loquitur: fuit promiſſa ob cauſam matrimonij vel alia cauſa onerosa:vt in precedētibus dictum eſt. voluntas autem patris hoc promittentis preſumitur durare ⁊ continuari etiam in ipſo vite ſpiritu:vt.c.maiores d̄ baptiſmo:traditur per bart.in. d.l.poſt dotem col.iij.ff.ſoluto matrimonio per.l.fideicomiſſa.§. ſed fidei ⁊.l.vxorem.§. penul. eod. ti. Ex quo infert bart.ꝙ ſi pater ſtipulatur dotē ſibi dari facto diuortio ſi filia tunc voluerit. Si filia moritur anteꝗ̄ declararet: non euaneſcit ſtipulatio. Immo moriēdo videtur velle. Idem dicimus de donatione facta a patre filio familias:que a principio efficaciter nō valet:ratione tamem preſumpte voluntatis patris que preſumitur cōtinuata in vltimo vite ſpiritu confirmatur et habet vim relicti non ſpectata hereditatis aditione ſicut in alijs legatis:quia non eſt proprie legatum ſecundum Salicetum in.l. illud. C. de collationibus. Idē videmus in donatione inter virum et vxorem: vt plene dixi in repetitione rub.de donationibus inter virum et vxoreʒ ſic videtur dicendum in caſu huius legis.

¶ Ad idem facit quod voluit bart.in l.j.§.nec caſtrenſe.col.ix.ff.de caſtrenſi peculio. vbi dicit ꝙ factum patris iniciatum erga filium:eatenus obligat heredes patris: quatenus pater erat obligatus de neceſſitate:vt.ff.de muneribus et honoribus lege et ſi filium iuncta. l. honores. §. is qui de decurio.et lege filia. §. idem ſcribit. ff.fami. herciſcunde.

¶ Ad idem facit nam heredes tutorū mādatarij ⁊ ſocij tenētur expedire negotia cepta.l.heres ſocij.ff.pro ſocio. l.j.d̄ here.tu.l.furti.§.fi.ff.d̄ his q̄ no. infa.nō tm̄ iniciatū habʒ ꝓ ꝯſumato.

Quando el padre/ o la madre por cõtracto entre biuos/ o en otra poſtrimera voluntad fiziere a alguno de ſus fijos/ o deſcendiẽtes alguna mejoria del tertio de ſus bienes que la tal mejoria aya conſideracion alo que ſus bienes valieren al tiempo de ſu muerte ⁊ no al tiempo que ſe fizo la dicha mejoria.

Que ẽla tal mejoria aya conſideraciõ a lo q̃ ſus bienes valierẽ al tiẽpo d̉ ſu muerte. Nota bene hãc legem in hoc et vide q̃ diximus ſup̃ in.l.xix. ⁊.xx.
j. ¶ Tempus mortis attendẽdum eſt ad extimationẽ bonorum patris meliorantis filiũ in tertia. concordat.l.xix.ſupra eodez de hoc ego ſcripſi in rub. de dona.inter virum et vxorem.in.c.per veſtras col.cccxxxiiij.v̊ſi.et iſta faciunt ⁊ ſup rub.col.ccxxvi.v̊ſi.item ſi mater ⁊ ſic melioratio non recipit augmentum poſt mortez teſtatoris:vt per Iaſſo. in authen.nouiſſime.col.ij.C.de inoffi.teſta.vnde ſicut legitima filiorum debetur ſecundum tempus mortis patris.l.cũ queritur.C.de inoffi.teſta. ſic ⁊ melioratio tertie que reſpectu extraneoꝝ eſt legitima: reſpectu filiorũ eſt prelegatum. ¶ Intellige quãdo legitima debetur ex diſpoſitione iuris vel teſtatoris:ſecus ſi ratione delicti ipſius filij: nam tunc tempus delicti eſt in conſideratione. bald. in.l.quam ꝗ.C.ad legem fal.dixi ſupra.l.xix.
¶ Intellige.ſcdo q̃ndo melioratio vel donatio fit ſimpliciter ex ſola patris voluntate:ſecus ſi ex cauſa onerosa vt dotis:nam tunc tempus donationis vel meliorationis inſpicitur ſecundũ bald.in.l.ſi ſucceſſione.C.de reuo.his q̃ in fraudẽ credi.⁊ in.l.fi.§.fi. penul. col.C.de vſuris rei iudi.⁊ in.l. quamuis in fi.C.de fideicomiſ. angelus et alij in.l.Si vt proponas.§.hereditatem ff.de inoffi.teſta. Angelus. ioh. de ymola ludoui.⁊ alexan.in.l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verborum obligatio. Cynus in.l.fi. penul. col.C.de pactis quem alij ſequuntur bald.⁊ Salice.in.l.j.q.v.C.de inoffi. donatiõ.ioh. de ymola ⁊ Ancharra. in rubrica de teſtamentis. Alexan.in. l.pactum in fine.C.de collationi.qui omnes dicunt ꝙ ſi pater aſſignauit filio legitimã in vita licet pater poſtea aliqua bona acquiſierit: d̉ illis nichil habebit filius. Ad hoc.l.ſi ita legatũ. ff.de auro ⁊ argẽto legato ibi hac demonſtratione preſens non futurum tempus oſtendit. Ad idem.l.fi.§. qui in diuiſam.v̊ſi.non facere voluntatẽ de legatis.ij.vide Georgiũ in repetitione.c.quamuis pactum de pactis. lib.vj.col.v.in prima limitatione. videas rogo bald.in.c. cũ.m.de conſti. col.vij.v̊ſi. ⁊ eſt argumentum cuius facit feſtum barba.in rub. C. qui admitti. charta.viij.fi.col.vbi cumulat multa ſimilia.que videas per te.vide etiam que ego ſcripſi in dicto.c.per veſtras. col. cccxxxij. in nouis. folio. xcvij.in principio.
¶ Quod autem dictum eſt in donatione vel melioratione dotis vel cauſe oneroſe. dicas in donatione remuneratoria que ſtatim ſecundũ preſens tempus.glo.in authen. vnde ſi parẽs C.de inoffi.teſta. ⁊ in.l. ſi donatione. C.de collationi.⁊ per bart.in.l.ſi forte.ff.de caſtrenſi pecul.⁊ in.l. frater a fratre.ff.de condi.inde.⁊ in.l.j.§. nec caſtrenſe.ff.de collatione bonorũ per abb.in.c.fi.in.fi.de donatio. Ad hoc l.viuus.ff.ſi quid in fraudem pa.vbi libertus poteſt donare amicis benemerentibus.vide glo.in.l. ſi voluntate.C.de dotis promi.⁊ ibi docto. ⁊ an- ij.

gelus in.l.ij.§.creditum.ff.ſi certum
petatur.abb.ana.⁊ marianū in.c.cū
in ecclesie corpore de ſymo.doctores
in.l.ſi diuortio.ff.de verborum obli=
gatio.dixi pleniſſime in dicta rubri=
ca de donationibus inter virū ⁊ vxo=
rem.col.cccxxvij.

iij. ¶ Ex verbis huius.l.aliqui audēt di
cere ꝙ tertia pars bonorum patris
eſt legitima filiorūʒ:in qua vel reſpe=
ctu cuius attenditur tempus mortis
patris:vt illo tempore conſiderentur
facultates et bona patris:licet alio tē
pore plus vel minus valuerint:vt in
authentica nouiſſima.C.de inofficio
ſo teſta.⁊ ibi jaſſon poſt alios.col.j.⁊.
l.cum queritur.eod.ti.verſiculo mor
tis tempore.bald.in.l.ſi qua pena.pat
prima lectura.ff.de his qui ſunt ſui
vel alieni juris.Sic etiam dicimus in
legitima que debetur patrono in bo=
nis liberti.l.etiam.§.fi.⁊.l.Si patro=
num.§.fi.ff.de bonis liberto.Simili
ter in legitima ſeu quarta que debet
filio arrogato.l.fi.ff.ſi quid in frau.
pa.Confirmatur hoc per iſtam legeʒ
que ſolum loquitur in tertia parte
bonorum:non de quinta.ſentiens per
hoc ꝙ quinta que poteſt extraneis re
linqui vł donari vt diſponit lex regni
foro legum lib.iij.titulo de las man=
das.l.   non cenſetur legitima.ter=
tia autem que non niſi filijs relinqui
poteſt vel donari:cenſenda eſt legiti=
ma:⁊ ideo circa eam veluti legitimā:
attenditur tempus mortis.

iiij. ¶ Ex iſtis infertur ꝙ ſi pater volun=
tarie aſſignauit filio legitimam in vi
ta:et poſtea augeantur patris facul=
tates:poterit filius petere legitimam
de bonis poſtea augmentatis:quia
quantum ad legitimam tempus mor
tis non conceſſionis eſt in conſidera=
tione:vt late per jaſſonem in dicta au
thentica nouiſſima.iij.col.C.de inof
ficioſo teſta.⁊ bene facit iſta lex eo mo
do quo diximus inducta.cōtrariū tñ
voluit jaco.bu.in.l.pactū.C.de colla.
reffert.bald.in.l.ij.C.de reuocā.his
que in fraud.credi.⁊ in.l.fi.col.iij.C.
de vſuris rei judi.et in authentica res
que.C.cōmunia de legatis.Angelus
in.l.Stipulatio hoc modo concepta.
ff.de verborum obligatio.Cōmunis
oppinio eſt prima quod attendatur
tempus mortis vt hic dicitur in ter=
tia:ergo tertia eſt legitima.

¶ In contrarium facit quia legitima v.
proprie:eſt portio a jure taxata.quaʒ
vnicuiꝗ filiorum pater tenetur relin
quere.ad cuius conſecutionem:ſi nō
relinquatur:competit filio querella
inofficioſi teſtamenti:vel jus agendi
ad ſupplementum vel querella inof=
ficioſe donationis:vt.l.cum queritur
et authentica nouiſſima.C.de inoffi=
cioſo teſtamento.l.ſi quando et.l.
ſcimus eodem titulo.l.papinianus.
§.quarta.ff.eodem ⁊ per totum titu.
C.de inofficio.donationibus.In ter=
tia vero nulla imponitur neceſſitas
patri relinquere eam omnibus filijs:
vel vni vel duobus ex eis.ſed ipſe po=
teſt vni vel duobus aut pluribus ex
eis relinquere quos ipſe voluerit:
nec poterunt ex hoc alij filij tanꝗ in
ſua legitima grauati reclamare:vel
contradicere:quia ſuper hoc nullum
a jure eſt ſibi proditum remediuʒ:er=
go non eſt legitima.propterea forte
iſta lex quantum ad tertiā:vtitur ver
bo mejora:que ꝓſupponit titulum lu
cratiuum donationis ſeu prelegati:
vt colligitur infra.l.xxvj.vbi donatio
et mejora ponuntur pro eodem qua=
ſi ſint verba ſinonima titulo autē do=
nationis:vel prelegati nullus conſe=
quitur legitimam quam pater neceſ=
ſario relinquere tenetur:ſed potius
inſtitutionis titulo.authentico vt cū
de appellatio.cog.§.aliud quoꝗ capi
tulū.Item mējora ⁊ legitima:ponun
tur vt diuerſa foro legum titulo de=
las mandas.l.ix.et infra.l.xxvj.ergo
non eſt legitima.cōmuniter dicitur
ꝙ tertia eſt legitima reſpectu extra=

neorum quibus rilinqui non poteſt: reſpectu filiorum eſt prelegatũ quia vni ex eis poteſt prelegari: vt plenius dicemus infra. l. ſi. xviij.

Lex. xxiiij.

Quando el teſtamento ſe rompiere/o anulare por cauſa de preterició/o exheredacion en el qual ouiere mejoria de tercio/o quinto no por eſſo ſe rompa ni menos dexe de valer el dicho tercio y quinto como ſi el dicho teſtamento no ſe rompieſſe.

Vmpta fuit
j. hec lex ab au-
thẽ. ex cauſa:
C. de liberis
preteritis vbi
multa ſcri-
bũt doctores
antiqui et re-
cẽtiores a qui
bus origines
traxit lex re-
gni ſexta par
tita. ti. viij. l. final. vbi multa trãſcri-
bit montaluus. que in preſentiarum
non recito: tũ quia ibi videri poſſunt:
tũ quia turpe eſt aliorũ ſcripta refer-
re: vbi nihil noſtrũ addere poſſum9:
vt inquit bald. in. l. de etate. ff. de mi-
noribus intelligo quando iũcta ſunt
per aliquem. tunc enim illa tranſcri-
bere vel tranſplantare: potius eſt la-
borioſum quã ſubtile. vbi vero ſpar-
ſa ſunt: hunc elegãtiſſimũ eſſe judica
to quiſquis eorum que diſperſa ſunt
in aliorum cogitatione: quam maxi-
mam vim coaceruare potuerit: deqꝫ
his ꝗ optime dicere: vt inquit iſocra
tes in libro de religione vel regno quẽ
ad nichodem regem ſcripſit ante finẽ
In qua re priſcorum honor ſeruand9
eſt eorum nomina nullatenus ſubti-
cẽda: furi enim par eſt: qui alienis la
boribus ſibi proficit: eorum laudes
ſubticens: vt inquit bald. in. l. ꝑcib9.
C. de impuberꝝ y alijs ſubſti. col.
y in ꝑludijs feud. malũt
enl in furto deprehendi: ꝗ mutuũ cũ
vſura reddere vt ait plinius de natu-
rali hiſtoria in principio.
ij. Sed pulcrum eſt inueſtigare: qua
re fuit edita lex cum tam jure ciuili
imperatorum: ꝗ regio: hoc fuerit an
te conſtitutum vt paulo ante diceba-
mus. Dicebant enim preallegata ju-
ra: ꝙ rupto vel nullo teſtamento ex
cauſa preteritionis vel exheredatio-
nis: legata debẽt: vt hic ſimilr̃ dicit.
Sed quia poterat contingere ꝙ te iij.
ſtator habebat duos vel tres filios:
vni eorum legauit vel prelegauit ter-
tiam partem bonoꝝ. Alium vel alios
vniuerſaliter inſtituit heredes ille cui
tertia bonorum fuit prelegata: dixit
teſtamentum nullum: quia preterit9
quod potuit: vt. l. filium. ff. dẽ leg. pre.
nonne jure prelegati habebit dictam
tertiã bonoꝝ: lex iſta vr̃ decidere ꝙ ſic.
Vel pone retento themate ꝙ teſta- iiij.
tor habet tres filios duos maſculos:
y vnam feminam. vni filiorum reliqt
tertiam vel quintam bonorum: y in-
ſtituit eum ſimul cũ alio maſculo vni
uerſaliter heredem: filiamqꝫ preteri-
uit vel exheredauit. filia dicit teſtamẽ
tum nullum: nonne rupto vel nullo
teſtamento: retinebit filius tertiã ju-
re ꝑlegati: hec lex videt dicere ꝙ ſic.
Vel tertio pone teſtator habebat v.
quatuor filios: vnam feminam y tres
maſculos: femine relinquit tertiam
y quintam partẽ bonorũ: alios duos
heredes iſtituit vniuerſales heredes:
quartum preterijt vel exheredauit. q
aget contra teſtamentum: rupto te-
ſtamento: vult femina retinere tertiã
y quintam jure prelegati: y his contẽ
ta: vult ab inteſtato ſimul ſuccedere
cum fratribus: per hanc legem vide-
tur quod poteſt.
Examinemus nunc quamlibet ca- vj.

ſus poſitionem perſe. ⁊ videtur ꝙ pri ma non ſit vera: quia ſequeretur ab= ſurdum.ſ. ꝙ plus haberet preteritus ⁊ taxatus in certa quantitate: ꝙ vni= uerſaliter inſtitutus:contra. l. maxi= mum vitium. §. cum etiam. C. de libe ris prete. ⁊ authen. vt cum de appel. cogno. §. viro. ¶ Item preteritus ⁊ ex heredatus impugnat teſtamentum cum effectu: ergo non debet ex eo co= modum reportare. l. filium. §. omni= bus ⁊. l. virilis. §. Siquis ex liberis. ff. de lega. preſtan. facit. c. ex eo de regu lis juris lib. vj. ⁊ multa que ibi cumu lat dyn⁹. ¶ Preterea teſtator legauit aio minuendi de vniuerſali ſucceſſio= ne. quod patet: quia alteri applicauit ff. de lega. j. l. quod in rerum. §. ſiquis poſt. illud autem quod fit ad diminu tionem: nõ debet augere portionem. ff. de lega. j. l. legata inutiliter. glo. ta= men in. d. l. maximum viciũ. vbi. ſub= ſtãtie videtur inclinare. ꝙ ſubſtineat legatum per. d. authẽ. ex cauſa idem firmat ibi paulus de caſtro in fine. et Cinus in. d. authẽ. ex cauſa. q. v. din⁹ in. l. cohdicillis. §. vltimo de leg. ij. q̃a nihil eſt quod repugnet quare filius cum ſit capax talis legati: illud nõ ſu= ſtineat. Idem tenet franciſcus areti= nus de campo. in. l. filio preterito. ff. de iniuſto rupto quem ibi refert joh. de ymola ⁊ angelus in. §. fi. col. fi. in au= then. vt cum de appel. cognoſ. ⁊ jmo la raphael ⁊ alexan. quem vide in. l. j. §. fi. ff. de vulgari ⁊ pupilla. Pro qui bus videtur textus in hac lege noſtra ſecundum iſtam caſus poſitionem.

vij. ¶ Cõmunis tamen ſentẽtia eſt in cõ= trariũ quã ſequitur bart. in dicta au= then. ex cauſa ⁊ in. d. l. filio preterito poſt ma. fi. ⁊ bald. in. d. authen. ex cau ſa qui dicit ꝙ eſt mirandum ꝙ predi= cti illuſtres doctores tenuerint cõtra riũ ſequitur angelus fulgoſus ⁊ Ale xan. in. d. l. maximũ viciũ. jmola in. l. filio preterito ludo. cõſilio. cccccvj. in cipit in caſu propoſite queſtionis, qui dicit iſtam eſſe cõmunem oppinionẽ Et jaſſon. in. d. authen. ex cauſa ⁊ hãc partem crederẽ hodie de jure verio= rem ⁊ dictam caſus poſitionẽ falſaꝫ. quia motiua bald. multũ cõcludũt.

viij. ¶ Accedo nunc ad tertiã caſus poſi= tionẽ ⁊ videtur ꝙ ſubſtineri nõ poſſit quia filia cui pater relinquit tertiam ⁊ quintam bonorum: conſequitur le gitimam quã de jure canonico non fuit neceſſe ſibi relinquere titulo inſti tutionis: vt. c. raynuncius de teſta. et ibi hoſti. ⁊ alij. jo. fab. in authenti. no uiſſima. C. de inoffi. teſta. bald. in. d. authen. ex cauſa. ⁊ in. l. fi. C. familie herciſ. alexan. in. l. inter cetera. C. de liberis ⁊ poſthu. qui dicit iſtã eſſe cõ= munem oppinionem pro qua eſt glo. in. d. authen. nouiſſima Azo in ſũma illius ti. glo. in. c. ſi pater de teſta. lib. vj. hanc demum ſequitur jaſſo. in. d. authen. nouiſſima. ⁊ hanc ſequor.

¶ Preterea hoc certum eſt ꝙ verbũ relinquo adiectum vniuerſitati bo= norum: importat inſtitutionem. l. di= u⁹ in verbo relinquo ⁊ ibi notat bart. ff. de teſta. mi. ⁊. l. quoniam indignũ. ⁊ ibi Salicetus. C. de teſta. glo. in. l. in his verbis in principio. ff. de heredi= bus inſti. ⁊ in authen. de heredibus ⁊ falcidia. §. Si vero nullum in verbo relictis. Secus ſi adijciatur certe rei vel quãtitati: vt dicto. §. aliud quoqꝫ caplm juncto. §. Ceterum in authen. vt cum de appella. cognoſ. ita conclu= dunt bart. bald. ⁊ angelus. in. d. l. his verbis in principio ⁊ bart. in. l. centu rio. ff. de vulgari ⁊ pupi. q. iij. ⁊ in. l. cogi in principio. ff. ad trebell. Cano niſte in. d. c. Raynuntius. Salicetus in. l. quoties. C. de heredi. inſti. jaſſo. in. d. authen. nouiſſima col. x. qui di= cit ꝙ iſta eſt vera ⁊ cõmunis ſentẽtia quicquid dixerit bald. in. d. l. quoties. Idem dicit ſi adijciatur verbũ relin= quo certe quote bonorum vel heredi tatis: vt ibi per eum ⁊ refert bart. in. d. l. centurio. ⁊ hec eſt veritas quicq̃d

dixerit Notatus in.d.l.ix.ti.ólaſ mã das foro legum in.ꝟſi.meiora. cuius Paulo ante mentionẽ fecimus.

x. ¶ Ex iſtis infert ꝙ filius cui aliq̃d eſt relictũ in vltima volũtate: nõ eſt pre teritus nec habet cõtra tabulas: nec ius dicẽdi nullũ:ſed agit ad ſupplemẽ tũ.l.omnimodo.C.de inoffi.teſta.di cit ibi glo. quã ſequũt doctores ꝙ ille textus corrigit in hoc p.d. §.aliud quo ꝙ capl'm p quẽ debet legitima titulo inſtitutionis relinq̃.Sed vt legũ cor rectio euitet:põt dici ꝙ.d.l. omnimo do intelligi debet: vbi filio relinquit quota bonoꝝ:que legitimã nõ aſcẽde bat q̃a dicit in ea inſtitutus: ꝛ pro reſi duo:agit ad ſupplemẽtum.ꝛ hoc pro batur in textu ibi. id quod minus pro portione legitima relictum eſt.

xi. ¶ Poſito ergo ꝙ teſtator teſtãdo int filios:teneat relinq̃re legitimã titulo inſtitutionis:p illa ṽba filie mee relin quo tertiã ꝛ quintã bonoꝝ: videt titu lo inſtitutionis reliquiſſe:eoꝙ verbũ relinquo adiicit vniuerſitati vel quo te bonoꝝ.Cũ autẽ teſtamẽtũ ex cau ſa preteritionis : vel exheredationis rũpat quo ad inſtitutionẽ:ꝛ infirme tur: videt ꝙ etiã debeat rũpi quo ad tertiã bonoꝝ filie relictã:in qua vide tur filia inſtituta.ꝛ ſic nulo pacto po terit illã titulo ꝑlegati retinere: quã uis ea contẽta:velit a patris ſucceſſio ne recedere:quia vt Paulo ante dice bamus:illud quod fit ad diminutionẽ: non debet operari augmentum.

xij. ¶ Teneas ergo ſecũdã caſus poſitio nẽ.nã ſi teſtator relinquit filio tertiã: et eum ſimul cũ alio inſtituit heredẽ: quãuis teſtamentum rumpatur ex alterius preteritione:nimirum ſi cõ ſequatur tertiam iure prelegati.quia non videtur in ea inſtitutus: eo ꝙ vl tra tertiam fuit ſimul cum fratre in ſtitutus:nec fuit ei relicta ad diminu tionem:ſicut in alia caſus poſitione: vbi filie reliquit tertiam et in reſiduo alios inſtituit heredes.

¶ Per iſta patet quãdo relictũ tertie ſit inſtitutio vel legatũ.nã ſi dixi reli quo filie tertiã:ꝛ amplius de ea nõ feci mentionem:dicitur habere tertiã iu re inſtitutionis:quia verbũ relinquo eſt adiectũ quote bonoꝝ.ideo nõ dice tur preterita:quia volũtas teſtatoris debet ſaluari:vbi verboꝝ ſignificatio nõ repugnat.ff.de leg.j.l. ab omnibus ff.de cõdi.ꝛ demõſtra.l.in his.ꝛ ſic p cedit quod dicit Bald.i.d.l. quoties. ꝟſi.q̃ro ſi pater.Si aũt dixi relinquo filie tertiã iure ꝑlegati intelligit relin quiſſe:ſi ſubiũxit:ꝛ in reſiduo eã inſti tuo ſimul cũ alio fratre ſuo.ꝛ hoc pro pter coniecturatam mẽtem defuncti: vt colligitur ex iſta lege. ſecundum hanc ſecundam caſus poſitionem. xiij.

¶ Uel pone caſuꝫ aliter ꝛ quarto. Te ſtator filie legauit tertiã bonoꝝ:alios duos fratres heredes inſtituit:ꝛ q̃rtũ preteriit.rũpit teſtamẽtũ ex cã ꝑteri tionis.q̃ritur an filia retinebit tertiã iure prelegati. ꝛ videtur ꝙ ſic per iſtã legeꝫ.nã verbũ lego:licet olim fuerit cõmune:vt.ff.de verboꝝ ſignifi.l. ver bis legis:poſtea per ſequentem iuris prudentiam vocabula fuerunt diſtin cta.ꝛ ideo de perſe habemus titulum de heredibus inſtituendis:et perſe ti tulum de legatis.Itaqꝫ cum teſtator vſus fuerit verbo lego:videtur ſenſiſ ſe legatum.Idem ſi dixit relinquo ter tiam iure legati ſecundum Baldum in.d.l.quoties.ꝛ ſic nõ obſtant ea que ſuperius dicta ſunt in tertia caſus po ſitione.quia ibi teſtator vſus fuit ver bo relinquo ſimpliciter ſine legati ad iectione. Habebit ergo tertiã iure ꝑ legati. ꝛ inſuper habebit legitimam ab inteſtato.ad quam vocatur ſimul cum fratribus. xiiij.

¶ Nec ſimiliter obſtabũt dicta in pri ma caſus poſitione.q̃a ibi ad petitio nem eiuſdeꝫ met ꝑteriti cui fuit reli cta tertia bonoꝝ:rũpit teſtamẽtũ:vbi autem preteritus vel exhereda tus te ſtamentũ impugnat:non debet ex eo xv.

comodū reportare: vt. ỏ. l. filium. §. omnibus cum ſimilibus. In hac autem casus poſitione: loquimur vbi aliter preteritus impugnauit non ille cui fuerat tertia relicta. Hoc eſt capitale fundamentum quare ibi non ſuſtinetur legatum ſecundum jaſſonē poſt bald. ꝛ alios in. ỏ. autben. ex cauſa. quia ille preteritus vel exheredat⁹ cui erat legatū relictum: infringit teſtamentum. Ergo ſecus erit vbi non ille: ſed alius infringit. ꝛ ideo hāc poſitionem credo eſſe verā: que poteſt juuari auctoritate gloſa. Cyni pauli ꝛ aliorum quos in prima casus poſitione mēmorauimus qui in fortioribus terminis tenuerunt hanc cōcluſionē vbi idē met melioratus in fringebat teſtamentum.

xvj. ¶ Iſta faciunt ad queſtionem que de facto contingit ſtatuto collegij cauetur ꝙ collegialis veniens clauſis januis: ſi petat hoſtiū aperiri: amittat vnam de tribus noctibus. modo collegialis venit clauſis januis: et petit hoſtium aperiri: ſoci⁹ eius dū videt hoſtium apertū: ingreſſus eſt in collegio. dubitatur an etiā ſocius ammittat noctem. videtur ꝙ non: ꝗa ad eius petitionem non fuit hoſtium apertum. Immo aperto jam hoſtio ingreditur. Cogitabis.

xvij. ¶ Unum tamen contra ſuperius dicta vigere videtur. quia ſecundū predicta: pl⁹ habet preterit⁹ ꝛ taxat⁹ in certa quantitate: ꝙ vniuerſaliter inſtitutus: contra dictam. l. maximum vicium. §. cum etiam ꝛ. §. cum. C. de liberis pre. quod videtur abſurdum: ꝛ per conſequens non tenendum.

¶ Itē teſtator legauit aīo diminuēdi de vniuerſali ſucceſſione: ex quo alteri applicauit. ỏ. l. quod in rex. §. ſi ꝗs pōt de leg. j. ergo nō debet operari augmētū. ỏ. l. legata inutilr. motiua ſūt bald. in. ỏ. autbē. ex cā. Cogita circa ſo. Pōt etiā adduci ꝓ iſta pte lex iſta in fine, ibi. Como ſi el teſtamēto ſe rōpieſſe. nā ſi teſtamentū nō rūperetur tertiam ſolum conſequeretur filia jure legati: ergo rupto teſtamento non debet amplius cōſequi. Sed pōt reſpōderi ꝙ ꝟba illa: referūtur ad validitatē tertie ꝛ quinte partis bonorū. non tamen negat iſta lex quin poſſit amplius rupto teſtamento cōſequi.

¶ Ex predictis cōſtat an tertia bonorū filio relicta: dicat legitima doctor ỏ ſegura in repetitione. l. vnū ex familia pluries dixit ꝙ eſt legitima. quod intelligo ꝗndo fili⁹ cōſequit legitimā ſuā in tertia ipſa quā pater ſibi reliqt per verbū inſtituo/ vel relinquo: ꝗb⁹ ꝟbis inducit inſtitutio: vt ſupra dictū eſt ꝛ dicet forte ifra in. l. xxvij. tūc enī tertia ipſa dicet legitima: tū quia per verba inſtitutionē importātia fuit relicta: tū etiā quia extraneis relinqui: vel legari non potuit: vt ſuꝑ tactū eſt. Secus ꝗndo filius cōſequit legitimā ex teſtamēto vel ab inteſtato: et vltra legitimā cōſequit tertiā jure prelegati: tūc enim nō dicet legitima: ſed prelegatū. quod pat facere pōt alteri ex filijs imponēdo ſibi in tertia grauamē quod voluerit: vt ifra lege. xviij.

quod facere nō poſſet ſi eſſet legitima vt in precedētib⁹ dictū eſt. Cōcludadamus igitur ꝙ quinta pars bonorum indiſtincte non eſt legitima cū extraneis relinqui poſſit. tertia autē tunc demum eſt legitima: quando ſola pro legitima relinquitur. quando vero vltra legitimam per viam meliorationis: eſt prelegatum. et in omnibus naturam legati: vel prelegati ſortitur. Ex quo poſſunt multa inferri: que in legatis vel prelegatis conſtituta ſunt: que in legitima locum non habent. que diligens indagator reperire poterit.

¶ Ad illud autem abſurdū quod ſupra tactum eſt. ſ. in ꝟſiculo. xvij. ꝙ taxatus in certa quātitate pl⁹ cōſeqret: poſſet forſam reſpōderi: ꝙ ex hoc non ſequitur abſurdū: cū jure permittēte xix.

conſequatur argu.l.juſte poſſidet.ff. de acqui.poſſe.et.l.gracꝰ.C.de adul. cum ſimilibus. Videmus inſuper ꝙ emancipatus filius: nil tenetur emã cipato conferre cum venit ad patris ſucceſſionem:confert tamen exiſtenti in poteſtate. l. ſi emancipati. C. de collatio. Sed pone duo nepotes:quorum vnus eſt in poteſtate:alter emãcipatus:veniunt ad ſucceſſionem aut ſimul cum patruo. Poꝛtio nepotis emancipati eſt taxata vt.d.l.ſi emancipati:tamen iſto caſu patruus emãcipatus tenetur conferre non ſolum nepoti in poteſtate: ſed emancipato: vt.l.j.§.penul.ff.de cõjun.cum emã. lib. ⁊ ita poꝛtio nepotis emancipati: que erat taxata: augetur ex perſona alterius fratris exiſtentis in poteſtate: ergo ſic in caſu noſtro ratione fratris pꝛeteriti teſtamentum rumpentis: augetur poꝛtio alterius tacentis. Multocies enim conſequitur quis ex perſona alterius:quod ex perſona ſua cõſequi nõ poteſt:vt plene tradit jaſſo. in. d.l.Si emancipati, col. iiij. Multa etiam cumulat Georgius natam in repetitione.c.quamuis pactum de pactis lib. vj.

xx. ¶ Enel qual ouiere mejoꝛia de tercio/o quinto. Per iſta verba patet ꝙ ſecunda caſus poſitio magis conueniat huic legi: puta ſi teſtatoꝛ habet filiam et duos filios:filie legauit tertiam bonoꝛum: et eam inſtituit heredem ſimul cum alio fratre:alium pꝛeterijt:qui pꝛeteritus impugnauit teſtamentum.tunc filia dicitur retinere tertiam jure melioꝛationis: quia pꝛopꝛie dicitur melioꝛata: ex quo vltra legitimam retinet tertiam ex voluntate defuncti expꝛeſſa. In quarta vero caſus poſitione:non retinebit filius tertiam et legitimam:niſi frater pꝛeteritus impugnaret teſtamentũ: vt ibi dictum eſt:ergo tempoꝛe conditi teſtamenti:et ante impugnationẽ: non dicitur in ea melioꝛatus. Cogita.

¶ Intellige niſi ipſe filius cui melioratio facta eſt: impugnet teſtamentũ in quo fuit melioꝛatus.l.cum filius in pꝛincipio ⁊ ibi bart.de legat. ij. facit. l.papinianus.§.meminiſſe.ff.de inoffi.teſta.⁊.l.ſi teſtamentum ⁊ ibi glo. ⁊ bart. ⁊ alij.ff.de peti.here. ⁊ foꝛo legũ lib.iij.ti.de las mãdas.l.xij. ¶ Ex eo enim quod ꝗs impugnat:nõ debet comodũ cõſeꝗ vt rl'a juris dicit.ad hoc. l.filiũ.§.omnibꝰ ⁊.l.virilis.§.ſiꝗs ex liberis.ff.de lega.pꝛeſtãdis.tenet hoc bald.in.d.authẽ.ex cauſa pe.et fi.col. v.octauo.ꝗritur. Idẽ Nicolaꝰ de neapo.in.l.nenſeuiꝰ.ff.ꝺ excu.tu.ange. in.d.authẽ.vt cũ de appel.cognoſcit. §.fi.in fine col'a.ix. montaluꝰ foꝛo legum lib.iij.titulo de las mandas.l.ix. ¶ Et ſecundum iſta intellige ſpec.de pꝛocura.§.j.vſi.poꝛro. xxi.

¶ Qua actione melioꝛatꝰ in tertio et quinto agit contra heredem ab inteſtato ſuccedentem:vide glo.in.l.ij.C. cõmunia de lega.vbi Cynũ ⁊ alios. xxii.

¶ Vbi et quo tempoꝛe legata poſſũt peti.vj.partita.ti.ix.l.fi. xxiii.

Lex.xxv.

El tertio ⁊ quinto de mejoꝛia fecho poꝛ el teſtadoꝛ. No ſe ſaque de las dotes ⁊ donaciones propter nupcias ni de las otras donaciones que los hijos / o deſcendientes traxeren a colacion / o particion.

Melioꝛatio tertij vel quinti non deducitur ex dote vel donatiõe pꝛopter nuptias vel alijs donationibus antea factis. Ratio huiꝰ fuit ꝗa vna donatio non defalcatur per aliam vt.l. fuit queſtionis.ff.de collatio. bonoꝝ illa enim bona a teſtatoꝛe donata:diſceſſerũt a patrimonio ſuo:vt ibi dicitur: ⁊ a modo nõ ſunt ſua:ergo ꝺ illis

nihil eſt detrabendum quia non reperiuntur in eius patrimonio tempore mortis vt teqrũt leges.xix.ꝛ.xxiij. ſupra. Ad predicta facit.l.iij.§.Sed vtrum.ff.đ mino. vbi dos filie: eſt propria ſua ꝛ eius patrimonium. Ad idẽ l.pomponius philadelphus.ff.familie berciſcunde. melioratio autem intelligitur facta đ bonis teſtatoris meliorantis vt eſt notum et dicit lex regni foro legum ti.delas mandas.l.ix. ꝛ ſupra.l.xvij. Ante ꝙ̄ hec lex fuiſſet condita: ego hanc concluſionem tenui in rub.de donationibus inter virum ꝛ vxorem.col.ccxxvij.

ij. ¶ Premitte ꝙ illud quod ꝓ dote datur: interdum datur animo donandi filie: vel marito pro filia: et tunc valet donatio: ꝛ actio đ dote eſt ſolius filie: nec pater in ea habet cõmunionẽ puta ſi filia ſola fuit ſtipulata patris voluntate: vel ipſe pater fuit ſtipulatus ſoli filie: vel fuit ſtipulatus ſibi in vnũ caſum: et conſequẽter videtur in aliũ caſum filie donaſſe: vt.l.ſi cum dotez in principio.ff.ſoluto matrimonio et declarat bart.in.l.poſt dotem.q.iiij. eod.ti. ꝛ in tali dote donata: filia habebat olim heredem: quaſi filie fuerit queſita. licet regulariter ſecus: vt declarat paul⁹ in.l.ij.C.de inoffi.dona, col.iij.ꝛ ſalicetus in.l.dos a patre C. ſo.ma. vide bonã additionẽ ad bald. in.l.ſi dotẽ.C.de falſa cau.adjecta le.

iij. ¶ Aliquãdo pater dat dotem ſimpliciter: nec apparet ꝙ animo donandi: ꝛ tunc non cẽſetur donata: tamẽ hoc eſt ſpeciale in dote pro filia etiam iure veteri habebat cõmunionem in actione đ dote ſimul cum patre. ꝛ ſic eſt capax huius actionis. Sed ſi premoriebatur patri etiam relictis liberis: cõſolidabatur actio in patrem excluſis liberis ſecundum cõmunem oppinionem notatam in.l.dos a patre profecta.C.ſolu.ma. Sed ſi pater premoriebatur: conſolidabatur in filiã: ſiue haberet liberos: ſiue: vt.l.ij.ſoluto matri. his autem caſibus vbi dos eſt donata vel conſolidata in filiam: ſi veniebat ad ſucceſſionem cum fratribus: tam olim: ꝙ̄ hodie: debet ipſam conferre: vt.l.liberis.C.de collatio. ita declarat paulus.l.ij.C.de inoffi. dona.co.iij. Ratio eſt quia licet regulariter ſuus nil conferat: quia omnia que acquirit: acquirit patri: eo quod diuus pius imperator conſiderauit ꝙ filius in poteſtate poteſt habere aliquid ſcilicet dotem: vt.l.pomponius ff.familie hercíſ. Ideo introduxit ꝙ illa dos poſſet cõferri: vt.l.j.C.de collatio.dotis: ꝛ ibi bart. vbi ponit iſtam rationem ꝛ in.l.ſi emancipati.C.de collatio. ꝛ ſecũdum predicta debet intelligi quod iſta lex diſponit ꝙ dos debet ad collationem duci.

¶ Aduerte tamẽ ꝙ hodie videtur correcta.l.dos a patre profecta.C.ſo.ma. et videntur reſecate altercationes doctoꝝ ibi. nã tex.ibi dicit ꝙ ſi filia famił deceſſit in matrimonio: dos ad patrẽ reuertitur. Ad idẽ.l.j.§.quod ſi in patris.ff.eod. cũ ſimilib⁹ in quib⁹ dicił ꝙ actio dotis profecticie eſt cõmunis patris ꝛ filie in poteſtate. Actio autẽ que eſt cõmunis patris ꝛ filie: ꝑ emãcipationẽ cõſolidatur in filiã.l.j.§.videamus.C.đ rei vxo.actio. ꝛ propria eius efficitur: vt notant glo. ꝛ doctores in.d.§.quod ſi in patris. Idem ſi dos conferatur filie emancipate: vt.l. pater filie.ff.de euictionibus. Sed ita eſt hodie ꝙ per cõtractum matrimonij: filia exit a patris poteſtate: vt colligitur ex lege fori legum.lib. iiij.

ꝛ in expreſſo dicit lex.xlvij. infra eod. ergo actio dotis ꝓfectitie: matrimonio cõtracto: cõſolidał in filiã.

¶ Donationes propter nuptias. Sicut enim dos debet duci ad collationem: quando filia vult patri ſuccedere cum alijs fratribus. vt paulo ante dictum eſt: ita et filius donationem propter nuptias quam habuit: a patre: de cui⁹ hereditate agił. ita ſtatuit v.

imperator leo in. l. vt liberis. C. de col-
latio. habent enim dos ⁊ donatio pro
pter nuptias: multas conueniencias.
Sicut enim dos habet tacitam condi
tionem: ſi matrimonium ſequatur.
l. ſtipulationem cum ſimilibus. ff. de
iure dotium: ita etiam donatio pro-
pter nuptias promiſſa a patre: vel ab
alio habebit tacitam conditionem: ſi
matrimonium ſequatur. gloſ. in. §.
eſt et aliud. verſ. exequetur inſti. de do
nationibus bald. in. l. ij. C. de bonis
que liberis. Ratio vtriuſque eſt quia
dos et donatio propter nuptias: non
poſſunt eſſe ſine matrimonio: ſed be-
ne matrimonium poteſt eſſe ſine do-
te. l. fi. verſ. Sicut enim dos. C. de do-
nationibus ante nuptias.

¶ Item ſicut ſoluto matrimonio dos
reuertitur ad dotantem. l. dos a pa-
tre. C. ſoluto matrimonio. ita et dona
tio propter nuptias ſecundum bald.
in. d. l. ij. Item ſicut dos alienari non
poteſt conſtante matrimonio: vt. ff. ⁊.
C. de fundo dotali per totum: ita nec
donatio propter nuptias: authen. ſi-
ue a me et tibi bald. C. ad veleya. ange
lus in. §. j. in authē. de equali. dotiū.
Item ſicut dos in legitimam compu
tatur ad querelle excluſionem: ita et
donatio propter nuptias. l. quoniam
nouella. C. de inoffi. teſta. et ibi jaſſon
poſt alios in principio. vbi ponit iſtas
conueniencias. ego ſimiliter poſui in
repetitione rub. de donationibus in-
ter virum ⁊ vxorem in principio. vbi
multa alia de iſtis donationibus an-
te nuptias dixi et cumulaui.

vi. ¶ Ni delas otras donationes que los
hijos/o deſcendientes traxeren a par
ticion. Premitte q aliquando pater
donat filio: non vt filio: hoc eſt nō mo
uetur pater ad donandum filij affec-
tione: ſed propter aliqua ei⁹ erga pa-
trem merita. ⁊ ſic pater meritorū con
templatione donat filio: ⁊ tunc cenſe-
tur perinde ac ſi extraneo donaſſet: ⁊
conſequēter res donata: cēſetur aduē
titia. glo. ⁊ doctores in. l. ſi donatione.
C. de colla. ⁊ ideo non confertur: quia
aduentitia hodie non conferūtur vt.
l. fi. cod. ti. per jaſſonem in authen. ex
teſtamēto. col. vj. in fine eo. ti. ⁊ de iſta
donatione non loquitur iſta lex: ſed
tantum de his que conferuntur.

¶ Aliquando vero pater donat filio vij.
vt filio propter amorem filialem: quia
filius eſt: et tunc pater non intelligi-
tur donare: ſed in peculium concede-
re etiam ſi pater vtatur verbo dono
ſecundum jaſſonem in. d. authentica
ex teſtamento. col. iiij. qui ita intelli-
git. l. ſi donatione ſecundo reſponſo.
cod. ti. vbi non fuit facta donatio: ſed
conceſſio in peculium: licet ibi appo-
ſitum fuit verbum donare ad hoc. l.
quod fructuarius in ſi. ff. de acqui. re
rum domi. ⁊. l. fi. ff. de peculio legato
⁊. l. cum pater. §. pater pluribus ⁊ ibi
gloſ. ⁊ bart. ff. de legatis. ij. vide bald.
in. d. authen. ex teſtamēto. col. iij. verſ.
quartum capitulum. C. de colla. ⁊ ni
cholaum de matha. quem refert bal-
dus in. l. Si donatione cod. ti. qui vi-
det ſentire ꝯtrariū. quia ſi dicit pater
dono tibi cētū: illud videtur donare.

¶ Ad hoc ergo vt pater intelligatur viij.
donare filio rem: oportet q eam eme
rit nomine filij: et eam filio tradide-
rit vt. l. filie cuius. C. familie hercil-
cunde. et in. l. ij. C. ſi quis alteri: vel ſi-
bi: cum dicit nomine veſtro cum in
poteſtate eſſetis emerat et tradidit.
comendat bartho. in. l. prima. §. nec
caſtrenſe. penulti. col. ff. de collatio.
bonorū vbi ſingulariter differit quā-
do pater ſimpliciter donauit: an in
dubio videatur donare: an in pecu-
lium cōcedere: vel propter merita pa
re. Vide etiam bald. in. d. authen. ex
teſtamento. col. iij. verſ. Quintum ca-
pitulum. vbi agit quando pater emit
nomine filij: ⁊ diſtinguit aut pat facit
ex quadā naturali neceſſitate: vt quia
emit filio veſtimenta: et non intelligi
tur donare. l. rem legatam. ff. de adi.

legatis. Aut ex mera liberalitate: et tunc videtur donare. oportet tamen ꝙ donatio confirmetur donatoris morte.l. filie cuius. Intellige tamen quod dicit iaſſon vbi ſumus in dubio et apparere non poteſt ex coniecturis an pater dedit animo donandi. Secus tamen ſi ex quantitate et qualitate donationis et modo donandi appareat ꝙ voluit dōare. quia tūc videtur donaſſe etiam ſi nō emat eius nomine et tradat. ita videtur de mente bartho. in dicto. §. nec caſtrenſe penul. col. et Nicolai de matha. prout refert in dicta. l. ſi donatione. C. d̄ collatio. fi. col. Uel quando merita preceſſerunt: vt diximus in caſu precedēti ſecundum iaſſonem vbi ſupra.

k. ¶ Item ſcias ꝙ quando pater concedit filio in peculium: illud quod eſt in peculio proprie non confertur cum fratribus mortuo patre: ſed diuiditur quia peculia: in patris dominio ſunt: ideo eo mortuo diuiduntur ſicut alie res ipſius patris. l. certum. C. familie herciſcunde. Concedere enim in peculium: eſt permittere alicui vſum ⁊ adminiſtrationem rei: retento ſibi dominio. donare autem eſt abdicare a ſe in totum rem que donatur et eius dominium: et proprietatē in alium transferre ſecundum iaſſonem in dicta authen. col. ij.

l. ¶ Eo vero caſu quo res a patre donatur filio in poteſtate: quod tunc demum eſt: vbi eam eius nomine emit ⁊ eam ei tradidit: an eam eo caſu mortuo patre debent cum fratribus conferre? Eſt longa inter doctores diſputatio in. l. illud. §. fi. C. de colla. et in authentica ex teſtamento eod. titulo. nā dictā. l. illud dicit ꝙ donatio ſimplex non debet cum fratribus conferri niſi in duobus caſibus ibi poſitis ſcilicet quādo pater expreſſit: vel propter equalitatem ſeruandam. Authētica vero ex teſtamento: videtur ſentire contrariū cum dicit ꝙ dos ⁊ aliorum datorum collatio. finaliter communis cōcluſio eſt ꝙ non debeat fratribus conferri: ex quo non valet in vita patris: ſed poſt eius mortem confirmatur. ita tenent cōmuniter omnes et ſequitur ibi iaſſon in. d. authētica. col. v. fallit tamen in caſibus notatis ibi per gloſ. et doctores. Nec obſtat dicta authentica ex teſtamento: quia dictio aliorum eſt repetitiua ſimilium gloſ. in. l. ſi fugitiui. C. de ſeruis fugitiuis notaē in. c. ſedes de reſcriptis. etiam ſi adijciatur dictio vniuerſalis: vt dixit idem iaſſo. in. l. pe. C. qui admitti: ergo d̄bet intelligi de alijs datis ob cauſam: vt in donatione propter nuptias: vel quando pater donat militie vel ſtudij cauſa ſecūdū doctores ibi ⁊ iaſſonem. col. ij.

¶ Sed opere precium eſt videre an hodie per iſtam legem talis donatio debeat conferri: dico ꝙ non: quia nō eſt eius mens inducere ius nouum: ſed refert illud quod antea erat diſpoſitum: cum loquitur de donationib⁹ que duci ſolent ad collationem: vt probatur ibi. Que los hijos deſcendientes. ⁊c. Item verbum alie eſt verbum repetitiuum ſimilium vt dictū eſt. ergo intelligitur de alijs ſimilib⁹ precedentiū: vt quando donatur cauſa militie vel ſtudiorum. nam quod datur cauſa ſtudiorum: ſtatim valet: quia cauſa ſtudiorum et dotis equiparantur ſecūdum glo. in. l. j. ff. ſoluto matrimonio. bald. ange. et alij ibi col. antepenul. bald. in. l. ſi donatione C. de collatio. tenet contra. quem refert iaſſon in dicta authenti. ex teſtamento. col. v. Si tamen donatio ſimplex fiat filio emancipato: quamuis donatio tenet: vt. l. ſiue emancipatione. C. de donationibus ⁊ in. l. donationes. §. pater. ff. eod. ⁊ ideo etiam d̄bet conferri ſecundum bart. in. l. j. §. nec caſtrēſe. col. ij. in fine. ff. de colla. bo. bald. in. l. quoniam nouella. C. de inoffi. teſt. in principio. Salicet⁹ ⁊ alij m.

in.l.vt liberis.C.de collatio. iaſſon in dicta authentica ex teſtamento.co.v.et.vj. In hoc tamen caſu: huius legis diſpoſitio non loquitur per illam dictionem alie: que eſt ſimilium implicatiua et implicat alias donationes ob cauſam: vt dictum eſt. Nec etiam loquitur iſta lex de alijs caſibus in quibus donatio ſimplex inter patrem et filium in poteſtate tenet: qui enumerantur per glo.ꝛ doctores in.l.ij.C. de inoffi.donationibus per bart.ꝛ iaſſo. in.l.fi.ff.de condi.inde.ꝛ in.l.illud.C. de collatio. nā licet in omnibus alijs caſibus debeat donatio conferri cum fratribus/eo ꝙ ſtatim valet cum donatur: vt firmat alexāder in.d.authē. ex teſtamento col.ij.ꝛ iaſſon.col.vj.niſi in illo caſu ſpeciali vbi fit ꝑpter merita: tamen dicta ratione quia lex iſta loquitur ƌ dote ꝛ donatione propter nuptias et de alijs ob cauſam non cōprehendūtur ſimplices donationes.

xij. ¶ Quando dicatur donatio ſimplex: quando ob cauſam: et quando cauſa erat talis: ad quam pater poterat cogi vel non. vide late per bart.in.l.j.§. nec caſtrenſe. ff. de collatione bonorum col.iiij.v.et.vj.

xiij. ¶ Si pater donat filio emancipato: non tamen emit pater rem donatam eius nomine ꝛ tradidit. an dicatur donatio vel conceſſio in peculium. dicetur donatio ꝛ ſtatim valet: vt.l.ij.reſponſo.ij.C.de inoffi.dona.nec iſto caſu poteſt intelligi ꝙ pater donādo cōceſſerit in peculium: vt dicebatur in donatione que fit filio in poteſtate. quia emancipati: non poſſunt habere peculium. Et ſi habeant: deſinit: eſſe: vt.l.fi.C.de inofficioſo teſtamento ꝛ per iaſſonem in dicta authentica ex teſtamento. col. vij. v̄ſi. ſecundus articulus. C. de collatio.

xiiij. ¶ El tercio y quinto de mejoria hecho por el teſtador no ſe ſaque. Vult iſta lex ꝙ pater habens duos filios ꝛ vnam filiam dotauit filiā in teſtamento: eamq; cum fratribus heredem inſtituit. ꝛ vni filiorum tertiam prelegauit ꝛ quintam bonorū. dum filia vult ad ſucceſſionem admitti patris ſimul cum fratribus: dotem quam acceperat ad collationem adducit. filius autem cui tertia ꝛ quinta relicte fuerūt ſeu prelegata: petit primo deduci tertiam ꝛ quintam: tā deducta dote: ꝙ̄ ƌ alijs bonis teſtatoris: ꝛ ad reliqua bona: debere pro virili omnes admitti. filia contradicit. queritur quid iuris deciditur per hanc legem ꝙ deducta dote nō ƌbeat prelegatū tertie ꝛ quinte partis bonorum deduci: ſed de reliquis tantum rebus que erant in bonis teſtatoris tēpore mortis. hoc idcꝫ diſponitur ſi ducatur ad collationem donatio propter nuptias vel alia ob cauſam ꝙ de eis non debet tertia et quinta deduci vt hic vides.

¶ Pone ergo ꝙ pater habens centū in bonis dedit filie.xx.in dotem: ꝛ vni filiorum prelegauit tertiam et quintam partem bonorum ſuorum: ꝛ omnes tres ſimul inſtituit heredes ƌducet filius melioratus de.lxxx.quintaꝫ et tertiam itaq; habet nomine tertie ꝛ quinte.xxxviij.ꝛ aliud quod ſupereſt hoc eſt.xviij.et.xx. que filia nomine dotis receperat. diuiditur equaliter inter dictos duos filios et filiam. erit pars cuiuſlibet ipſorum . xxj . filia: ergo vltra dotem conſequitur vnum. xv.

¶ Ratio dubitandi in iſta lege potuit eſſe. videbatur enim ꝙ tertia et quinta deberent deduci de dote et de alijs donationibus ob cauſam. quia debet donatio propter nuptias conferri vt dictum eſt in precedentibus et in legitimam computari: vt lege quoniam nouella. C. de inofficioſo teſtamento. Idem de alijs donationibus ob cauſam vt lege omnimodo. §. Imputari eod. titulo. Sed totum quod ſupereſt: deducta cuiuſlibet filiorum legitima: poteſt pater lega- xvj.

re:⁊ tenet legatum:vt.C.⁊.ff.ad legē
fal.per totū.l.papinianus.§.in quar
ta.ff.de inoffi.teſta.l.cum queritur et
authen.nouiſſima.C.eod.

xvij. ¶ Pone ergo ꝙ pater qui habebat
centum in bonis filie dedit.xx.in do-
tem.⁊ eam cum alijs fratribus inſti-
tuit heredem: ⁊ extraneo vel eccleſie
legauit quintam partem bonoꝛum:
deducetur quinta de omnibus centū
ſi filia veniat ad ſucceſſionem cū fra-
tribus:quia legitima filioꝛum ſunt.
lxxx.vt foro legum lib.iij.ti.delas mā
das.l.ix.⁊ filia in parte ſue legitime
habebit imputare.xx.que in dotem
acceperat.d.l.quoniā nouella.eccle-
ſie deducet.xx.nomine quinte partis
quod videtur lex iſta contradicere.

xviij. ¶ Item ſcimus ꝙ vbi pater vni filio-
rum pꝛelegauit tertiam ⁊ quintā par
tem bonoꝛum: legitima omniū filio-
rum quam pater tenetur eis neceſſa-
rio relinquere titulo inſtitutionis et
pꝛo qua competit querella inofficioſi
teſta.⁊ jus agendi ad ſupplemētum:
eſt quod ſupereſt ōducta dicta tertia
⁊ quinta parte:vt dicta.l.ix.tit.delas
mandas:ergo dictą ratione quia filia
habet imputare dotem in legitima:
filius melioꝛatus deducet tertiam et
quintam bonoꝛum de omnibus cen-
tum.quod lex iſta contradicit.

xix. ¶ Et adeo verum eſt ꝙ filia dotē de-
bet imputare in legitima: ꝙ ſi pater
filiam dotaſſet:poſtea in legitima eā
inſtituens:ſimpliciter intelligitur cō
putata dote in legitima ſecūdū jaco.
de arenis in.l.ſi cum dotē.§.ſi pater.
ff.ſoluto matrimo.bald.in.l.quoniā
in pꝛioꝛibus.fi.col.C.de inoffi.teſta.
paulus in.d.l.quoniam nouella ⁊ ibi
jaſſon.Ad hoc.l.lucius.§.cum pater
⁊ ibi bart.ff.de lega.j.⁊ in.l.j.§.fi.ff.ō
collatio.dotis.quam comendat ludo
ui.Roma.⁊ albericus in.l.poſt dotē
col.ix.ff.ſoluto matrimonio.

xx. ¶ Idem dicemus in dote data a ma-
tre vel auo materno ad quos regula-
riter dotandi onus nō expectat.l.ma
tre.C.de jure dotiū authen.res que.
C.cōmunia de legatis.quia licet ma-
ter vel auus maternꝰ videatur dona
re.l.vnica.§.accedit.C.ō rei vxoꝛie ac
tione.l.fi.C.de dotis pꝛomiſſione.et
donata inter viuos:non computan-
tur in legitimā:niſi expꝛeſſe ſit dictū.
l.ſi q̄ndo.§.fi.C.de inoffi.teſta.tñ q̄a
iſta non eſt donatio ſimplex vt ibi di-
cit:ſed ob cauſam matrimonij.⁊ quia
pꝛocedit de ſubſtantia eius de cuius
hereditate agit:ideo in legitima com
putatur.l.ſcimus.§.repletionem.
C.de inoffi.teſta.et jaſſon in dicta.l.
quoniam nouella.

¶ Ratio deciſionis iſtius legis fuit xxi.
quia dos eſt es alienum vt.l.pompo-
nius filadelphus.ff.familie herciſcū
de authen.Sed quāuis.C.de rei vxo
rie actione.tenet bart.in.l.ij.§.ſi ſpon
ſa.ff.de pꝛiui.cre.albericus in.l.ſi cū
dotē.§.ſi pater fi.col.ff.ſoluto matri.
quando autē teſtatoꝛ dicit lego tertiā
bonoꝛum meoꝛum: cum bona intelli
gātur ere alieno deducto.l.ſubſigna-
tum.§.j.ff.de verbo.ſignifi.ideo poſt
deductionē dicte dotis ſolute vel pꝛo
miſſe:videtur teſtatoꝛ voluiſſe tertiā
deberi.Idcirco tertia nō debet dedu-
ci de dote.nec ō donatione ꝓpt nup.

¶ Hinc eſt ꝙ ſi pater dotem pꝛo filia xxij.
conſtituat:ſed non tradat:⁊ alijs lega
ta relinquat:⁊ hereditas nō ſufficiat
ad legata:pꝛius deducetur dos quam
falcidia.quia dos dicitur es alienum
l.qui liberos.ff.de ritu nup.nedum ſi
ſimpliciter dotem relinquat:ſed etiā
expꝛeſſe dotis quantitate.quia nedū
dos ſimpliciter ſed etiā tota illa quā-
titas pꝛo dote relicta: dicitur es alie-
num.ita notanter dicit bart.in.l.que
ſitū.§.ſpōſe.ff.de pꝛeuile.credi.quod
eſt ſignāter notandū ſecūdū paulū in
l.ſiquis teſtamento.§.j.ff.de legatis.
pꝛimo ⁊ alexander in.l.ſi cum dotem.
§.ſi pater in fine.ff.ſolu.matri.

¶ Sed cōtra hoc foꝛtiter facit lex.xxi xxiij.

ſupra cod. vbi probatur ꝙ in filium
cui eſt prelegata tertia bonorum: trã
ſeunt onera hereditaria paſſiue ideo
dicitur fideicõmiſſum vniuerſale: ac
ſi eſſet prelegata quota hereditatis: ⁊
ipſe tenetur ſatiſfacere creditori ⁊ pro
ſua portione. Quod non eſſet ſi diecre
tur legatum particulare ⁊ verbũ bo-
norũ ſtaret proprie hodie prout olim
vt. l. ſiquis ſeruum. §. fi. iũcta. l. ſequẽ
ti. ff. de lega. ij. Itaqꝫ nil hodie refert
an teſtator dicat melioro filium in ter
tia bonorũ: vel in tertia hereditatis:
vt ibi diximus. dato ergo quod dos ⁊
donatio propter nuptias: dicatur es
alienum: debebitur tertia filio melio
rato: non deducto ere alieno: ac ſi eſ-
ſet legata tertia hereditatis: vt. d. §. fi.
⁊ cõſequẽter dicta tertia debet dedu-
ci dõ dote ⁊ donatione ꝑpter nupcias.

xxiiij. ¶ Ex hoc infertur non bene dixiſſe
doctorem de ſegura in repetitione. l.
vnum ex familia. §. ſed ſi fundum cũ
voluit in ſeptima col. ꝙ ad hoc vt poſ-
ſit tertia ⁊ quinta deduci de dote: de-
bet fieri melioratio in quota heredi-
tatis: non bonorum. Subdit tamen
idem doctor ꝙ dicta cautella nil valet
quia cum teſtator non poſſit facere
meliorationem in quota hereditatis
ſed in quota bonorum: vt. d. l. ix. foro
legum ti. de las mandas: debet expo-
ni quota hereditatis: id eſt quota bo-
norum. Sicut aliquando exponitur
econtrario.

xxv. ¶ Sed profecto ratio ſua: vt hic vi-
des: nil valet: quia idem hodie impor
tat tertia bonorum: quod tertia here
¶ Et tunc licet capturam debet precedere informatio debiti: ſuſpitio tamen debitoris ſuſpecti: cognoſci poteſt etiam poſt capturã. Bald. in ſpe. de citatione. vſ. citatio rei. xxxvij

¶ Idez dicimꝰ in captura pro crimine: q2 fieri nõ põt niſi priꝰ ſumati cõſtet judici õ crimine cõmiſſo vl de ſuſpitione ſecundum Bald. in. l. quod euitandi in fine. C. de conditione ob turpem cauſam. xxxviij

¶ Taliter autem carceratus pro debito vel delicto: debet ſtatim relaxari cũ conſtat eũ non deliquiſſe: vel debitorem non eſſe: nõ expectata alia interlocutoria. l. nullus in fine. C. de exhiben. reis ſecundum Ludoui. in. l. ij. col. iiij. ff. ſi quis in jus voca. non ierit. Jaco. bu. et Bald. in. l. Sed et is. ff. de in jus vo. xxxix.

¶ Suſpitio debitoris: nõ ꝓbatur per juramẽtũ rei: vt voluit Bald. in. l. aptiſſimi in fi. vſ. ſi vero volo. C. de judicijs ⁊ facit iſta lex. Idẽ tenet Ange. ibi ⁊ in. l. ſi arbitro. §. qui ex cauſa. ff. qui ſatiſdare cogan. ⁊ in authen. de exhi. reis. §. ſancimus collatione. v. ſuper ipſa ergo ſuſpitione adhibẽda eſt ali= xl.

qua cognitio cauſarũ ſuſpitionis ad hoc.l.j.C.de predijs decurionũ.lib.x. ibi cauſas quibus ſtrangulatur ſigillatim exponat ſm Bald. vbi ſup.

xlj. ¶ Suſpitio debitoris probat̃ p̱ duos teſtes ſumarie deponẽtes ſm Bald. in auth̃e.ei qui.C.de bonis.au.judi. poſſi.ita ꝙ nõ eſt atẽdẽdꝰ aduerſariꝰ ad vidẽdũ jurare ipſos teſtes: ne inſtruat̃ de fuga:facta fide de debito.poſtea interuenire dʒ juram̃.ſm Pau. d.cõſilio.xxxvij.ꝛ.xxxviij.ꝛ in.l.cõſentaneũ.C.quomodo ꝛ qñ judex ꝛ in.l. ij.in prin.C.de ſeruis fugi. vide Bal. in.l.j.C.de p̃dijs decu.lib.xj.videas rogo.matheſelanũ i ſingularij. ij.iij.

xlij. ¶ Requirit̃ tñ ꝙ iſta ſuſpitio ſuꝑueniat de nouo.nã ſi ſuſpitio ſuberat tẽpore debiti cõtracti:nihil fieri poteſt Bart.in.l.fi.C.de ferijs tex.in.d.l.ſi arbitro.§.q̇ ex cauſa.ff.q̇ ſatiſda.co.ꝛ in.l.q̇ bona.§.de illo.ff.de dãno infecto.ꝛ in.l.ſi is a quo.§.fi.ff.vt in.po.leg.ꝛ in.l.ſi mulier.c.de ſpõ.Bald.in auth̃e.qḋ locũ.C.de coila.Pau.cõſilio.xxix.Intellige ſi creditor ſciuit a principio tẽpore contractus alias ſecus Bart in.l.queſitũ.ff.de pigno.

xliij. ¶ Quãdo iſta ſuſpitio de nouo ſuper uenit:ſi diu tacuit creditor ſciẽs ip̃m eſſe ſuſpectũ:nõ poterit d̃cetero ip̃m tanꝗ̃ ſuſpectũ facere incarcerari.l.ſi creditores.ff.de priuile.credi. Ange. nota.in.d.§.q̇ ex cã.l.ſi arbitro.ff.q̇ ſatiſda.cog.ſequit̃ lãfrãcꝰ in repe.c.qm̃ cõtra falſam in parte recuſationes.col.ij.v̇ſi.ꝛ p̱ hoc infert̃.de ꝓbationibꝰ.Paulꝰ in dictis cõſilijs.Sẽtit Bart.in.d.l.ſi creditores ꝛ i.l.iiij.§.ſi creditorem.§.de his que in frau. credi.Bald.in.l.ſi mulier.ij.co.C.de ſpon.Angelus in.d.l. nemo carcerẽ. C.de exacto.tribu.lib.x.et in.l.extat. ff.quod metus cauſa.

¶ Dilapidatio bonoꝝ debitoris reddit debitorẽ ſuſpectũ vt per Bald.in. l.ſi pro ea.C.mandati.ſi tempore contractus multum dilapidabat:ſecus ſi parum vt ibi per eum late. xliiij.

¶ Sed iſta oĩa nõ ſufficiebãt ad cõpellendũ debitorẽ ad ſatiſdãdũ:vel ad capiẽdũ eũ vel carcerãdũ:niſi priꝰ cõſtaret eũ eſſe debitorẽ: vt ſtatuit iſta.l. xlv.

¶ Iſta faciunt ad dubium:an mulier que ſcienter contraxit cũ marito inope: an poterit dotem ab eo tanꝗ̃ ad inopiã vergẽte d̃ quo ego plene ſcripſi in.c. per veſtras de dona. inter virum et vxorem in. v̇ſi. intellectu.vbi ad plenum videbis.de quo hic late. xlvj.

Lex.lxvij.

Ningun juramento aun que el juez lo mande hazer o la parte lo pida no ſe faga en ſan Vicẽte de Auila:ni enel herrojo de ſanta Agueda: ni ſobre altar: ni cuerpo ſãto:ni en otra yglesia juradera ſo pena de diez mil marauedis para la nueſtra camara ꝛ fiſco al que lo jurare ꝛ al juez que lo mandare ꝛ al que lo pidiere/o demandare.

j. Non eſt jurandũ ſuper reliquijs et corporibus ſanctorũ etiã ad judicis mandatum.

ij. ¶ Ante hãc. legis conſtitutionem iſta juramenta fieri permittebantur:vt.l.generaliter in fine.C.de rebus creditis et tenet Bald in.c.j.col.prima.v̇ſi.poteſt etiam jurari de noua forma fidelitatis.Ad idem.l.prima juncta.l.xix.titulo.xj.tertia partita.Sed idẽ Bald. in.c.j.§.item ſacramẽtum.col.ij. v̇ſi. queritur vtrũ juramẽtũ d̃ pace juratũ.aliter ſentit vide eũ ꝛ in.d.l. generaliter.ꝛ in.l.ij.C.de ſacroſant. eccle. tu vide abulenſem ſuper matheũ.

SI alguno puſiere ſobꝛe ſu heredad algun cenſo con condicion que ſi no pagare a ciertos plazos que caya la heredad encommiſſo que ſe guarde el contracto y ſe juzgue poꝛ el pueſto que la pena ſea grā de y mas dela mitad.

i. POteſt q̄s cenſum cōſtitue re ſup re ſua ⁊ vēdere ſub ea conditio ne ꝙ ſi cēſus ad tempꝰ cō ſtitutuꝫ non ſoluatur: res cadat in cō miſſum quā uis pena vi deatur grauis ⁊ appꝛobantur notata per gloſ. et doctoꝛes in.c. in ciuitate de vſuris. vbi vide Joh. ď anania col. iij. ṽſi. querit hic Inno. et col. vij. ṽſi. in contrarium. vide tu de hoc notabi lem extrauagantē que ſuper hoc diſ ponit ti. de ēpti. ⁊ vē. icipit regimini.

ij. ¶ Iſta lex eſt ſingularis ⁊ quottidia na et multas tollit ambiguitates que in judicijs quottidie verſabantur ſu per contractibus que fiunt hoc mo do. ego habens domum multum va lentem in neceſſitate conſtitutus ne eam venderem: conſtitui cenſum vi ginti ducatoꝝ annatim ſoluendū ſuper illam. hunc cenſum tibi vendi di pꝛo quadringentis ducatis eo pa cto adiecto ꝙ tibi annatim ſoluerem xx. ducatos ad diem diui Joānis: alio qui res caderet in cōmiſſum ideſt ip ſa domus efficeretur tua iſte contra ctus appꝛobatur per hanc legem. Qui re vera nec eſt contractus cēſua lis nec emphitheoticus. non eſt con tractus cenſualis. quoniam ille pꝛo pꝛie eſt: quando dominus rei conce dit alicui rem ſuam quam tranſfert in eum omnino quantū ad dominiū vtile et directū: nihil ſibi retento: niſi ꝙ annatim ſibi pꝛeſtet ducatos vigin ti ad diem ſancti Joannis. quos ſi nō ſoluerit: cogitur ſoluere auctoꝛitate judicis: nō tamē res incidit in cōmiſ ſum ꝓpter nō ſolutionē: vt vult gloſ. cōmuniter appꝛobata in. c. cōſtitutꝰ de religio. domibꝰ. At in caſu nr̃o do mꝰ ſup qua cēſus cōſtituitur eſt mea ⁊ apud me remanet: ⁊ pꝛo ea ꝓmitto ſoluere annati illos. xx. ducatos: adji ciēs ꝙ ſi nō ſolueri ad diē ſcti Joānis: res ideſt ipſa domꝰ efficiat̄ tua: itaꝙ nō ipſe cēſus ſolū: ſed tota domꝰ. qđ eſt ꝯtra naturā cēſus. ¶ Nō eſt cōtra ctꝰ emphitheoticꝰ de cuiꝰ natura eſt ꝙ dominiū directū maneat penes cō cedētē: ⁊ vtile tm̄ trāſeat in recipiētē: ⁊ ſi pēſio nō ſoluitur ad tēpꝰ cōuentū puta īfra bienniū ſi eſt eccleſie: vel trie nium ſi eſt ꝑuati: res incidit in cōmiſ ſum: vt. l. ij. C. de jure emphi. gloſ. in. d. c. cōſtitutꝰ. directū enim dñium re manet penes dominū cōcedētē: vt. l. j. C. ſi ager vecti. vel emphi. pe. ratio ne cuiꝰ juſtū videt̄ ꝙ ſi emphitheota ceſſauerit a ſolutione penſionis: res ad dominū reuertatur: quaſi ſub ea conditione tradiderit. ¶ Eſt ergo cō tractus alius a cenſu ⁊ emphitheoſi: nam pꝛimo fit contractus emptionis et venditionis illius cēſus quem ego conſtitui ſuper domum meam vigin ti ducatoꝝ pꝛo. cccc. ducatis et bꝛe ui manu: vt dicitur in. l. ſingularia. ff. ſi certum petatur: tu mihi illum cē ſum concedis pꝛo viginti ducatis an natim ſoluendis ad diem ſancti Joā nis. ⁊ ſi ceſſauerim a ſolutione: tota domus efficiatur tua.

¶ Sed qđ ſi tu mihi per. x. vel. xx. an nos ſoluiſti penſionem viginti duca toꝝ. An pꝛeſumatur cēſus vel em phitheoſis. vide Guiller. de cu. in. l. male agitur. C. ď pꝛeſcriptio. xxx. an. Spec. de locato. §. vj. ṽſi. cxlij. Ange. in. l. qui in aliena. §. j. ff. de acquir. he re. ⁊ in auth̄ē. de aliena. ēphi. coll. ix. iij.

z in.l.qui luminib9.ff.ꝺ ſerui. vr.pre. Bal.in.l.j.C.ꝺ jure ẽphi. z l.c.j.co.j. ꝺ feu.alie.nota.l.§.adeo.lſti.locati.

iiij. ¶ An cenſuarius debet ire ad domũ domini cenſus: vt ſoluat cenſũ: Bal. in.l.fi.col.j.ꝟſi.item debent facere cẽſuales.C.de condi.inſertis.Bart.in.l.item illa.col.ij.ꝟſi. et per hoc dico.ff.de conſti.pecu.Bal. in.l.acceptã.C.de vſuris.q.xij.Inno.in.c.ſignificante in.ꝟſi.remiſerit et ibi Abbas z alij de pigno. dicunt ꝙ vbi ſolutio debet fieri reſpectu alicuius rei pro aliqua re: ſi vterq; eſt eiuſdem fori dominus et emphitheota: debet emphitheota ire ad domum domini directi dominij: ſecus ſi ſunt diuerſi dominij vel fori. ſed ſatis eſt ꝙ dicat in domo ſua paratus ſum ſatiſfacere ſi quis eſſet: qui reciperet. Ad hoc.d.l.item illa q̃ loquit̃ inter creditorẽ z debitorẽ.

v. ¶ Adueniente termino cenſuarius/ vel emphitheota abſq; alia requiſitione tenetur ſoluere penſionem vel cenſum quia dies appoſita: interpellat pro homine.l.magnam.C.de contrahen. et comi.ſti.l.traiecticie.§.de illo.ff.de actio.et obligatio.Intellige etiam ſi eſt dies legalis z tacita vt.d.l.ſecunda.C.de jure emphitheo.c.potuit de locato.gloſ.in.l.mora.ff.ſoluto matrimonio.Adde ꝙ ſicut dies termini interpellat: ſic hora Bald.in.l.prima.col.ij.C.ne liceat in vna cauſa tertio prouo.vide in.l.ratio.§.fi.ff.de actio.empti.Bald.in.l.ſi quãdo.col.ij.C.de teſtibus.

vj. ¶ Si terminus non fuit poſitus ad ſolutionem cẽſus debet ſolui in principio anni: vt per Bald. in dicta lege ſecunda.C.de jure emphitheo.vbi vide additionem.

¶ Sed quid ſi cenſualis vult ſoluere cenſum vna vice pro multis. vide Bald. in dicta.l.ij. vbi concludit ꝙ non poteſt. vij.

¶ Si res incidit in cõmiſſuz propter non ſolutionem cenſus ſecundũ formam huius legis.deinde elapſo termino dominus recipit cẽſum vel pẽſionem: an videtur remittere cõmiſſum? vide Bartho.in dicta.l.ſecunda.C.ꝺ jure emphitheo.Anto.Barba. et Abbas in.c.potuit de locato. Jaſſon in dicta.l.ij.C.de jure emphitheo. col.lv. ego tetigi in rubrica de donatio. inter virum et vxorem.col.xiiij.ꝟſi.bene facit ad hoc.

¶ An ille qui debet ſoluere cenſum pro aliqua re: poſſit imponere alium cenſum ſuper eadem re: alteri ſoluẽdum: vide Bartho.in.l.j.§.quod autem el.ij.ff.de ſuperficiebus.Bart.z Bald.in.l.ij.C.de jure emphitheo. loquendo in emphitheota tenent ꝙ ſic.idem videtur de cenſu.

¶ Que ſuma vel quantitas erit juſta: vt detur pro cenſu. vide Andream ſiculũ in.c.primo in principio de emptione et venditione.

¶ Cenſus vel penſio debet eſſe tanta que cumulata pro viginti annis: faciat verum precium rei.ſecundũ Ange.in authentico de non alienandis. §.quod vero in fine colla.ij.gl.in.ꝟſi. conſtante in authen.perpetua.C.de ſacroſant.eccle.ſpecu.de locato.§.vj.ꝟſi.dicitur autem.quod nota. xj.

Lex.lxix.

Ninguno pueda hazer donacion de todos ſus bienes aun que la faga ſolamente delos preſentes.

j. Nemo poſſit facere donationem omnium bonorũ ſuorum etiam preſentium tantum. Eſt vtilis iſta lex que corrigit jura imperatorum et leges regni que permittebant fieri donationem omnium bonorum.l.cum duobus.§.idẽ reſpõdit.ff.pro ſocio.l.ſtipulatio iſta hoc modo concepta.ff.de verborum obliga.l.finalis.C.de

pactis.l.fi.§.j.de lega.ij.v.partita.ti.
delas donaciones.l.j.de quo per do-
ctores in preallegatis locis ⁊ per An
gelum in.l.j.in fi.ff.de pigno. Paul.
de caſtro conſilio.cxliiij. Hodie per
iſtam legem fieri non poteſt donatio
omnium bonorum preſentium tan-
tum.idem videtur velle lex.vij.ti.de-
las donaciones foro legum.vbi vide
Montaluum.ſuper verbo. De todo
lo que ouiere. Ubi aſſignat rationem
huius deciſſionis:quia preſumitur
fraus in donatione omnium bonoꝝ.
l.omnes.§.lucius.ff.de his q̄ in frau.
credito.l.cū de indebito.ff.de proba.
tu dicas ꝙ etiam ſi fraus non preſu-
meretur:non valeret donatio omniū
bonorum quia quod eſt nimium:ver
titur in vicium authen.de immenſis
dona.§.j.et ibi glo.colla.vii. Item ne
detur alicui occaſio iactādi bona ſua:
⁊ male vtendi rebus ſuis.inſti.de his
qui ſunt ſui vel alieni juris. c.non ſa-
tis.lxxxvi.diſtin.c.duo ſunt.xij.q.ij.
Item vt remaneat ſibi de quo poſſit
teſtari.d.l.fi.C.de pactis.
¶ Ex iſtis infertur ꝙ non poteſt quis
donare hereditatem ſuam: quia he-
reditatis appellatione: veniunt om-
nia bona preſentia et futura ſecundū
Bart.in.d.l.fi.C.de pactis.
iij. ¶ Intellige predicta etiam ſi in dona
tione dicatur ꝙ tot ſint donationes
quot res donate. Ange.in authen.de
immēſis dona.col.iiij.colla.vij.nota
tur in.l.ſcire oportet.ff.de verborum
obliga.in ſpe.ti. de donationibus.
iiij. ¶ Intellige quādo predicte donatio-
ni accedit traditio: nam tūc donator
ꝑuatur teſtamēti factione: nō alias:
Bald.in authentica ſed cum teſtator
col.j.C.ad legem falci.
¶ Et ſecundum iſta ſi quis habet fi-
lios vel deſcendentes: poterit dona-
re ſolam quintam partem bonorum
ſuorum extraneis ſecundum leges re
gni foro legum . libro . iij. titulo de-
las mandas.l.ſeptima.et.ix.filijs au

tem poteſt donare tertiam et quin-
tam et inſuper legitimā.l.vj.et.xxvij.
ſupra. Si habet aſcendentes poteſt
donare tertiam partem ſuorum bo-
norum.l.xviij.ſupra.
¶ Si non habet aſcendentes nec deſ- vj
cendentes: poteſt quis donare quo-
tam bonorum ſuorum: non omnia:
vt hic dicitur et tenet Bald.in.l.ſi cū
vel in vtero.ff.de teſtamen.mi. quia
talis donatio: aſſimilatur potius in-
ſtitutioni:ꝙ donationi vel legato.
¶ Si tamen donauit ſimpliciter: de- vij.
bet aliquid reſeruare de quo poſſit te
ſtari:vt.d.l.finali.C.de pactis et ibi
Bald.et alij.quod cum non ſit a jure
expreſſum quātum debeat relinqui:
arbitrio judicis determinabitur.l.j.
ff.de jure deliberandi.c.de cauſis de
officio delegati. Satis videtur poſſe
donare in vita tertiam et quintam
partem omnium bonorum ſuorum:
vt.d.l.xxvij.ſupra.
¶ Quanꝙ donare nō poteſt quis om viij.
nia bona ſua:poteſt tamen illa aliena
re vel vendere ſecundum Barth.in.
l.ſtipulatio hoc modo.fi.col.vſi.idē
dico ſi vendidit.ff.de vert oꝝ obliga.
et in.d.l.fi.col. fi.vſi.ſed quid dices.
C.de pactis.et in.l.finali.§.incompu
tatione col.ſecunda in fine.vſi.ſed po
ne.C.de jure deliberandi.
¶ Limita iſtam legem et predicta:vt ix.
nō habeant locum in donatione om-
nium bonorū facta eccleſie:que fauo-
re eccleſie valet ſecūdū Bar.in.d.l.fi.
C.de pactis ⁊ Bald.in authen.ſi qua
mulier.fi.col.C.de ſacroſan.eccle.no
tatur in.l.ſi quis argētū.§.ſi quis vni
uerſitatis.C.de dona. Hoc tamen ca
ſu ⁊ alijs ſi qui reperiātur: juſtū eſſet
ꝙ donatarius preſtaret alimenta do-
natori:cum in officijs charitatis illis
maxime teneamur obnoxij:a quibus
aliquid noſcimur recepiſſe.c.cum in
officijs de teſtamen.
¶ Ampliabis iſtā legē ⁊ predicta: vt x.
nō valeat donatio omniū bonorum:

etiam ſi juramento firmetur. quia cũ iſta lex ſit prohibitiua: quicquid contra eam fit: eſt nullum. l. non dubiũ. C. de legibus. c. primũ de reſcriptis lib. vj. Bart. in. l. pretoꝛ ait. ff. de noui operis nunciatio. Abb. in. c. in nomine domini de teſtibus. Juramentum autem factum cõtra legem prohibitiuam non valet nec tenet Bar. in. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo. nota. in. c. ſi diligenti. de foro compe. vide Montaluum in. l. j. ti. delas arras foro legũ. ꝛ que ego plene dixi in rub. de donati. inter virũ ꝛ vxorẽ cũ agebã de donatione inter cõiuges jurata.

¶ Adde ꝙ huic legi prohibitiue renunciari nõ poteſt: vt dicit gl. in rub. C. ne fideiuſſores dotium dentur. fi.

Lex. lxx.

La ley del fuero que fabla cerca del ſacar el pariẽte mas propinco la coſa vẽdida de patrimonio poꝛ el tãto aya tãbiẽ logar quãdo ſe vendiere en el almoneda publica aun que ſea poꝛ mandamiento de juez y los nueuẽ dias q̃ diſpone la ley del fuero ſe cuẽten en eſte caſo deſde el dia del remate con tãto q̃ cõſigne el que la ſaca el precio ꝛ faga las otras diligencias que diſpone la ley del fuero: ꝛ la ley del oꝛdenamiẽto de Alcala ꝛ aſſi miſmo aya de pagar al compꝛadoꝛ las coſtas y el alcauala ſi la pago el compꝛadoꝛ antes que la coſa anſi vendida le ſea entregada.

j. Lex fori que loquitur de retractu rei paterne vel auite: habet locum etiã ſi res in ſubaſtatione vendatur. nouem autẽ dies qui dãtur ad retrahendum: currunt a die qua res in ſubaſtatione eſt omnino vendita. debet tamen retrahens conſignare precium et facere alias diligentias a predicta lege reqſitas. debet inſuper retrahẽs emptori ſoluere ſũptus quos fecit: et gabellam ſi forte ſoluit.

ij. ¶ Ampliat ergo iſta lex leges regni foro legum. lib. iij. ti. delas ventas. l. xiij. ꝛ lib. oꝛdi. eod. ti. l. vj. que loquũtur in venditione volũtaria quã quis ſua ſponte facit: vt habeant locũ etiã in vẽditione neceſſaria judicis auctoritate pro ſolutione ei⁹ quod debebatur juxta formã legis. v. ti. d'las vẽtas lib. iij. oꝛdi. vel forte ipſe dominus eã rem voluit vẽdere in ſubaſtatione vt meli⁹ vẽderet magis offerẽti: quoniã ꝛ tũc ſubeſt ratio retract⁹: vt ſcilicet extra familiã exeat: vt. l. vnũ ex familia de leg. ij. ꝛ tradit Mõtaluus in. d. l. xiij. et per hoc reprobatur lex ſtili. ccxx. que contrarium diſponebat.

¶ Intellige has leges dũmodo retractus fiat ꝑ coiũctũ volentẽ retrahere rẽ vẽditã: vt videtur reqrere dicta. l. xiij. vel ſaltẽ per procuratorẽ habentẽ ad hoc ſpeciale mãdatũ ad retrahendũ ipſam rẽ ꝛ ad jurãdũ ꝙ pro ſe vult ipſe retrahens. alias nõ potuiſſet procurator jurare in animam domini niſi hoc eſſet ſibi ſpecialiter conceſſum. glo. in. c. j. de judi. lib. vj. nota. in. c. fi. de jura. ca. eod. lib. Bart. in. l. ij. §. fin autẽ. C. eod. nec ſufficit dicere in mãdato ꝙ poſſit jurare in omnẽ cauſam ſed debet dicere ꝙ poſſit jurare in tali cauſa: vt vult Bar. vbi ſupra. ꝛ probatur in. l. jus jurandũ ex conuentione in fine. ff. de jure jurã. tenet. Bar in. l. quoties la. j. §. fi. in fine. ff. de noxa. et in. l. qui bona. §. qui alieno. ff. de damno infecto. in prima. q. Itaq; procuratoꝛ generalis: vel negociorũ geſtoꝛ vel cõiũct⁹ ꝑ cõiuncto nõ poſſunt hũc retratũ facere: niſi ad hoc ha iij.

beant ſpeciale mandatum. licet alias
poſſunt venditionem facere ex volun
tate venditoris ſecundum Bald. in.
l. multum intereſt. col. ij. vſi. nunc ve
nio ad tertiũ. C. ſi quis alteri vel ſibi.
iiij. ¶ Maritus tamẽ nomine vxoris: pa
ter nomine filij: tutor ꝛ curator nomi
ne pupilli vel minoris: ꝛ ſimiles poſ
ſunt hunc retractum facere: ꝗꝗ non
habeant ad hoc ſpeciale mandatum.
Cum in alijs caſibus requirentibus
ſpeciale mandatum admittãtur: vt.
l. pater. ff. de procu. Bar. ꝛ Bald. in.
l. j. C. etiam per procuratorem Spec.
de reſti. in integrum. §. ij. vſ. prelat⁹.
Inno. Abbas ꝛ alij in. c. ſuſcitata eod.
ti. de tutore ꝛ curatore: lex regni. lib.
v. ordinamẽ. titulo de las vendidas. l.
vij. primo reſponſo in fine.
v. ¶ Requiritur tamen ratibabitio ex
preſſa vel tacita ipſius vxoris vel mi
noris vel illius cuius nomine factus
fuit retract⁹: vt. d. l. multum intereſt
ꝛ ibi Bald. ꝛ in. l. ſi abſentis. C. ſi cer
tum peta. Ad hoc. l. ſi procurator. vſ.
nec poſtea. ff. de condi. indebiti. vbi a
contrario ſenſu colligitur: ꝙ ſi nõ pre
ceſſit mãdatum: requiritur ratifica
tio. Ad hoc vide Paulũ de caſtro con
ſilio. lxxxiij. incipit in cauſa ſilueſtri.
vj. ¶ Hec ratificatio dbet fieri intra no
uem dies datos ad retrahendum po
ſtea non auditur argum. l. in illa ꝛ ibi
Bart. ff. de verbo. obliga. ꝛ. c. non ſo
lum de appe. lib. vj. Ad idem. l. fi. C.
qui admi. ꝛ ibi Bald. in. vſi. ſed quid
ſi pater. ꝛ ibi Bart. iiij. col. v. contra
hoc oppo. Ad idem. l. bonorũ. ff. rem
ratam ha. vide Bald. in. l. ſi vxorem.
col. j. C. de condi. inſertis.
vij. ¶ Intellige hoc quando is qui debet
ratum habere: habet perſonam legi
timam ad ratificandum ſuo nomine
geſtum. Alias ſecus. vnde minor vel
pupillus qui eſt in poteſtate tutoris/
vel curatoris: non poteſt hanc ratifi
cationem facere: niſi adueniẽte etate
legitima: vt. l. j. ꝛ ibi Bar. C. ſi maior
factus ven. ra. ha quia in minori eta
te: nõ poteſt minor ratam habere em
ptionẽ ſine ſolẽnitate ſecundũ Bald.
in. l. mancipia. C. de rebus alie. non
alie. ꝛ in. l. falſo. vj. col. vſi. ad tertiũ. ꝛ
in. l. fi. vſi. quero nunquid. C. ad ma
cedo. ¶ Preſertim ſi tenemus oppi
nionem illorum qui tenent ꝙ ratiha
bitio poteſt fieri poſt terminum quã
documqꝫ. Bart. in. l. ſi mater. §. hoc
iure. ff. de excep. rei iudi. ꝛ i. l. ſi tutor.
C. in quibus caſibus in integrũ reſti.
non eſt neceſſaria. facit. l. ſi quis mi
hi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. here.
ꝛ in. l. j. §. ſi ratũ. ff. quod iuſſu. Bald.
in. l. cum maritum. ff. de ſolu.
¶ Ratificatio quãdocumqꝫ interue viij.
nit: facit preſumi voluntatem ratifi
cãtis interueniſſe ab inicio: ꝛ facit ne
gocium ratificãtis ſpe. de iudicijs. §.
ij. vſ. ratihabitione. Item facit domi
nium rei tranſire in ratificantem. l. ſi
ego. ff. de nego. geſtis. glo. in. l. ſi pro
curator in. vſi. repetendum. ff. de cõ
ditione indebiti.
¶ Item ratificatio trahitur retro ad ix.
tẽp⁹ in quo act⁹ fuit factus. l. fi. C. ad
mace. vbi ponit Bald. octo fallẽtias.
¶ Item ex hoc ꝙ ratificatio trahitur x.
retro: dicimus ꝙ non parit actionem.
Hinc eſt ꝙ ratificans non poteſt cõ
ueniri in loco vbi ratificat. Sed po
tius in loco vbi eſt geſtum negotium
ratificatum. bart. in. l. ſi pecuniã. col.
ij. vſ. aduerte ergo. C. de nego. geſtis.
¶ Si minor cuius nomine factus eſt xj.
retractus: non vult ratum habere ſi
a principio vtiliter geſtum eſt: cogit
ratũ habere. alias ſecus. quo caſu res
retracta manebit penes retrahentem
per. l. cum queritur. ff. de admi. tu. ꝛ.
l. etiã. §. ſi quis abſẽs. ff. de peti. here.
tenet bald. in. l. abſentis. vſi. ſecundo
oppo. C. ſi certum pet. Intellige hoc
in caſu de quo loquimur non autem
generaliter. quoniam ſi is cuius no
mine fit retractus: non vult ratũ ha
bere retractum: retractus eſt nullus

quantum ad illum. item quātum ad eum qui eius nomine fecit: quia non erat propinquior. remanebit ergo res apud emptorē ſi eam vult per. l. lviij. ſupra. niſi primus emptor voluerit eſſe de precio contentus. vt ſentit Bal. in. d. l. multum intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi.

xij. ¶ Qualiter coniunctus maritus vel pater formabit libellum nomine coniūcti. vide Bart. in. l. pōponi⁹ in ✠. p motori. co. j. ff. de procu. ⁊ in. l. ex bigēdi. col. ſecūda. ✠ ſi. item nota nūquid coniuncte perſone. C. eod.

xiij. ¶ An clericus coniunctus: poteſt retrahere? quia clerici non artantur legibus niſi ſint per canones approbate. c. quod clericis de foro compe. iuncto. c. cum veniſſent prope mediū de eo qui mi. in po. ca. rei ſer. Sed iure canonico hoc non reperitur diſpoſitum niſi tunc demum quādo hoc habet conſuetudo. c. cōſtitutus de in integrum reſt. clericus ergo in ſuū fauorē non poteſt vti lege vel ſtatuto ſeculari. c. eccleſia ſancte marie de conſtitu. c. ſi. de rebus eccle. non alie. c. a nobis. j. de ſen. exco. tradit matheſcla nus in ſingulari. cvij. preterea lex iſta non afficit rem ſed perſonam vt vult Ray. in repe. l. dudum. C. de contrahen. emptione. ⁊ refert Montaluus in. d. l. xiij. perſonam autem clerici afficere non poteſt que exempta eſt a iuriſdictione ⁊ poteſtate laicorū. c. ſi imperator. xcvj. diſtin. licet aliās in defectū canonū aliquādo recurrat ad leges ciuiles. c. leges. c. ſi in adiutoriū. x. diſtinct. c. j. de no. ope. nuncia. ergo clericus non poteſt vti beneficio huius legis.

xiiij. ¶ Contrarium eſt verius per. d. c. cōſtitutus de in integrū reſti. vbi fund⁹ patrimonialis fuit venditus per laicum cuidam laico. ſtante conſuetudine retrahendi per coniunctum: magiſter gundiſſalu⁹ pro ſe ⁊ fratre ſuo iohāne: petijt reſtitutionem coram iudice eccleſiaſtico aduerſus lapſum termini dati ad retrahendum: et data fuit reſtitutio: ergo. ⁊c. Ut plenius ibi dixi in meis recollectis. poterit ergo clericus vti beneficio huius legis: vt per Bald. in. l. cunctos populos. C. de ſūma trinita. Abb. in. c. ſi. de re iudi. et in. c. tua de decimis. Dominicus in. c. romana. §. j. de ſenten. exco. Bart. in. d. l. dudum. C. de contrahē. emp. tradūt pleniſſime doctores moderni in. d. c. eccleſia ſācte marie. Cōcludentes φ clerici poſſunt vti beneficio legis vel ſtatuti laicorum. Sed ipſos clericos non afficit in eorum damnum. Et inde eſt φ ſi venditor eſt laicus emptor clericus: nō poteſt ab eo res retrahi. Tenet hoc Montaluus in. d. l. xiij. in verbo camiar poſt medium. ✠ ſi. item quero.

¶ Quod mihi non eſt ſine ſcrupulo: cum iſta lex generaliter diſponens: poteſt ſe habere ad comodum ⁊ incomodum clericorum: ergo artat clericos et debet in vtroq; foro ſeruari p clericis ⁊ contra clericos: vt eſt cōmunis doctrina doctorum in. d. c. eccleſia ſancte marie. ⁊ ſentit Bart. in. l. ſi diuina domus. C. de exacto. tri. lib. x. poſt gloſ. ibi. vbi videas Platea m vide etiam Georgium in repetitione. c. quāuis pactum d̄ pactis lib. vj. col. lvj. vbi hoc idē vult per textū in. d. c. conſtitutus. per quem ibi poſt doctorem de Uilla diego tenui φ clericus poteſt vti beneficio huius legis: ⁊ cōtra clericum emptorem ſimiliter habebit locum retractus. qui petendus eſt coram iudice eccleſiaſtico: vt ibi p batur: et corā eo fiet depoſitio precij: et etiam alie ſolemnitates. xv

xvj. ¶ Ex predictis etiam infertur φ ſi clericus vendidit rem patrimonialem cuidam laico non ſibi coniuncto: poterit coniunctus ipſius clerici euincere ſeu retrahere ab emptore laico qui hac lege regni artatur ad reddendū rē proximiori eam retrahere volēti:

cui clericus vendere non potuit quin
lex regni in illa venditione locum nõ
haberet in fauoꝛem pꝛoximioꝛis edi
ta per ſuperioꝛem emptoꝛis: cui pare
re tenetur emptoꝛ: vt. c. ij. de majo. et
obediẽcia. Hoc videtur fuiſſe de mẽ-
te Frederici de ſenis conſilio. lxxvij.
quẽ refert ⁊ ſequitur Abbas in. c. qđ
clericis de foꝛo competenti. v. col. vbi
dicit ꝙ ſi ſtatuto cauetur nobilem nõ
poſſe recipere ceſſionem factam per
clericum vel eccleſiam: nõ valebit ceſ
ſio facta nobili per clericum vel eccle
ſiam. idem reffert et ſequitur Abbas
in. d. c. eccleſia ſancte marie. ⁊ Domi
nicus in. d. c. ſi. de immu. eccle. lib. vj.
Alexander in. l. filiꝰ familias. §. diui/
de legatis pꝛimo. ¶ Et per iſta dicũt
ꝙ laicus inſtitutus a clerico heres in
teſtamento tenetur obſeruare omnes
ſolemnitates: quas alias tenẽtur lai
ci. Hoc etiam tenet Bald. in authẽ.
caſſa ⁊ irrita. co. ij. vſi. quinto quero.
C. de ſacroſanctis eccle. Bartho. in.
d. l. cunctos populos.

¶ Hinc eſt ꝙ laicus recipiens inue-
ſtituram a clerico vel eccleſia: artatur
ſtatutis laicoꝛum ſuper inueſtituris
diſponẽtibꝰ ita nota. cõſuluit Alexã.
conſilio. ccxxv. incipiente viſis ⁊ põ
deratis ſecũdo volumine qui pulcre
loquitur. non enim poteſt contrahẽs
cum clerico ſe juuare priuilegio cleri
ci. Immo artatur ſuper illo cõtractu
legibus vel ſtatutis laicoꝛum. gloſ.
nota. in cle. ſi. de cẽſibus tenet Bart.
in. l. licitatio. §. fina. ff. de publicanis.
Pꝛeterea potius videtur attendenda
perſona laici a quo res empta retra-
hitur: ꝙ̃ clerici vendentis: ſicut in ſi-
mili dicit Bald. in. l. ſi quis pꝛeſbiter.
C. de epi. ⁊ cle. vbi vult ꝙ ſi clericꝰ reli
quit bona laico incapaci: aufferũtur
ab eo per fiſcum ſecularem qui debet
capere a manu laici. Sic videtur di-
cendum in caſu de quo agitur cum
per talem venditionem factam a cle-
rico laico. transferatur res et domi-
niũ in laicum vt. l. quoties. C. de rei
vendi. et nihil maneat penes clericũ.
contra quem nihil diſponit iſta lex:
et nihil agitur contra illum.

¶ Clericus ligatur ſtatuto laicoꝛuꝫ xviij.
in quo adijcitur contractui eccleſia-
ſtico certa foꝛma non obſeruabilis ſi
ne magna difficultate: vt puta ꝙ non
teneat venditio niſi pꝛius fiat pꝛo cla
ma in palacio: an quis velet contradi
cere. ita notanter decidit Franciſcus
cardinalis in repetitione. c. perpẽdi-
mus de ſenten. excom. col. xx. de quo
exclamat Felinus in. d. c. eccleſia ſan-
cte marie de conſtitu. col. xxxvj.

¶ Ex pꝛedictis infertur ꝙ ſi aduena xix.
emit a regnicola iſtiꝰ regni vbi viget
iſta lex: tenebitur reddere reꝫ emptã
pꝛoximioꝛi retrahere volenti: nam ſi
clericus tenetur: multo foꝛcius adue
na. quoniam ⁊ ſi aduena nõ ligatur le
ge iſta: vt. l. extra territoꝛium. ff. de ju
riſ. om. judi. c. vt animarum de cõſti.
lib. vj. neq̃ ex cõtractu emptionis oꝛi
tur jus retrahendi: afficitur tamẽ res
ipſa illo jure retrahẽdi: cum quo trã
ſit in aduenam: vt. c. paſtoꝛalis de de
cimis. c. cito turpem. j. q. j. cum ſimi-
libus. iſtud eſt de mente Alberici in.
l. j. col. vij. C. de ſumma trinita. ⁊ fide
ca. vbi concludit ſeruandum ſtatutũ
loci in quo res eſt ſita. idem in effectu
vult Henrricus in. c. cum veniſſent
de eo qui mittitur in poſſe. ¶ Pꝛete-
rea ſtatutum pꝛohibens alienationẽ
in certas perſonas ex aliqua juſta cau
ſa: compꝛehendit foꝛenſes vel adue-
nas. l. ſi in emptione. §. j. ff. de contra.
empti. Bart. in. l. filius familias. §.
diui. col. iij. de lega. j. quem ſequũtur
Ange. Joha. de imola ⁊ alij recentio-
res. Dominicus in. d. c. ſi. de immu.
eccle. lib. vj. Bart. ⁊ Bald. in. l. ſi in
emptione pꝛeallegata ⁊ in. d. l. dudũ.
C. de contrahen. emptio. ⁊ ibi Salt.
Bart. in. l. in his. C. de pꝛedijs naui.
lib. xj. Bald. in. l. ij. in fine. ff. de juriſ.
om. judi. ⁊ in. l. ea lege. C. de conditio

ne ob cauſam. Item ratione rei ſite et contractus poteſt forenſis conueniri in loco vbi res eſt: vel contractus fit. l.fi.C.vbi in rem actio.c. dilecti et. c. fi.de foro compe. ⁊ debet judicari ſecundum jura illius loci.l.cunctos populos.C.de ſũma tri.⁊ fide ca.c.ſi q̃s contra clericum de foro compe.i.partita.ti.delas leyes.l.xj. cõcluditur ergo ꝙ ab aduena emptore: poteſt res extrahi a proximiore quãuis Montaluus in.d.l.xiij.aliud ſenciat.

xx. ¶ Aduena vel forenſis dicitur qui extraneus eſt a regno iſto. extrane⁹ vero dicitur qui non eſt de cognatione/ vel familia vendentis: etiam ſi habitent in loco vbi res eſt ſita vel vbi habitat venditor. Contra quos habet locum dicta lex.xiij.et iſta.

xxj. ¶ Quod aũt diſponũt iſte leges de retractu toti⁹ rei vendite: intellige etiã de parte ipſius rei: cum ſit eadem ratio.argu.l.fi.C.de indicta vidui.toll. Baldus in.l.fi.v.q. C.de heredibus inſti.facit.l.vnum ex familia de lega.ij.de hoc habes legem regni.lxxiij.infra eodem. Ad idem.c.j.§.ticius ſi de feudo fuerit controuerſia. vbi ſimiliter proximiori pro parte feudi conceditur retractus. Ad idẽ gloſ.⁊ Bart. in.l.qui abſenti.§.ſi quis poſſeſſionẽ. ff.de acquir.poſſe.vbi diſpoſitum de re. Intelligitur etiam de parte rei.de quo plene per Jaſſo.in.l.j. C. de jure emphitheo. col. clix.

xxij. ¶ Hec leges regni de retractu diſponentes ſolum habent locum quando res patrimonialis venditur: non quãdo alias alienatur vel donatur: vt ex verbis iſtarum legum aperte colligitur et firmat Montaluus in.d.l.xiij. quia cum ſint exorbitantes a jure et cõtra jura q̃ volũt ꝙ nõ cogit̃ q̃s emere nec vẽdere.l.nec emere. ff.d ju.dli. In re quidem ꝓpria quilibet eſt moderator et arbiter. Unde non debent extendi: vt colligitur ex lege. xxvij.ti. delos concejos.lib.vij.ordi. ¶ Et faciunt iſta ad contractum emphitheõticum: ad quem iſte leges non debet extendi ſecundum Montaluum in.d.l. xiij. niſi vẽderetur vtile dominiũ quod quis habet in re emphitheotica.nam cum tunc vendatur pars rei: habebit locum retract⁹: vt ibi per eũ eſt expreſſum infra.l.lxxiij.a fortiori habebit locum ſi vẽditur dominium directum: vt puta ſi cõſtituo cenſum ſuper domum meam.xx.florenorum et hunc cenſum vẽdo per quadringẽtis florenis annatim ſoluẽdis: ibi trãſfertur dominium vtile ⁊ directum ergo habebit locũ iſta lex. Cum precioſius ſit dominium directum q̃ꝫ vtile: vt. l. ſecunda. C.de jure emphitheo. et ibi notat Salicetus et ſequitur ibi Jaſſon. ſecunda col.

¶ Ex predictis infertur ꝙ iſta lex nõ hꝫ locũ in ꝑmutatiõe nec in donatione nec i datiõe i ſolutũ. quãuis datio in ſolutum vicem venditionis obtineat.l.ſi predium.C.de euicti. nec in alio contractu proprium nomem vẽditionis non habente.ſecundũ Mõtaluum in.d.l.xiij.ſpec.de emp.⁊ venditione. §. nunc dicẽdum reſtat el.ij. col.viij.Vſi.ſed pone ſtatutum. Albericus in.l.j.ff.de fundo do.⁊ in.l. peto.§.predium de lega.ij. Bald. in.c. j.in fine de controuerſia inter dominum ⁊ empto. ⁊ in.c.j. de aliena.feu. ad finem. Anto. in. d.c. conſtitutus. Abb.in.c.nulli de rebus eccleſie. Jaſſo.in.l.j.col.quarta Vſi.nunquid autem.ff. de rerum permu. xxiij.

¶ Preterea certum eſt ꝙ dominus directi dominij: prefertur proximiori: ſi ambo concurrant in retractu: vt infra lege. lxxiiij. xxiiij.

¶ Item ſi emphitheota: vẽdit comoditates quas habet in re emphitheotica: retento ſibi vtili dominio: poteſt hoc facere irrequiſito domino: vt. l. neceſſario.§.fi.ff.de periculo ⁊ comodo rei vẽdite tenet Bal.in.l.iij.C. de jure emphi.⁊ in.c.que in eccleſiarũ xxv.

de conſti.col.iiij. vſi.quero nunquid
fructuarius.quia hec venditio nõ cõ
cernit corpus fundi:ſed corpus fruc=
tuum:vt.l.j.de lega.j.z.l.codicillis.§.
inſtituto de lega.ij. non enim dicitur
alienare qui facit pactum ne tranſfe=
ratur dominiũ quod apud ſe retinet:
quoniam alienatio nõ dicitur niſi ta
lis ſit actus per quem tranſeat aliqđ
dominium.l.j.C.de fundo.z.l.cũ ma
nu ſata.§.nemo.ff.de contrahẽda em
ptione ſecundum Bald.vbi ſupra de
quo per Joh.de imola in.c.potuit de
locato.col.ix.vſi.itẽ iuxta predicta.
xxvi. ¶ Si autem talis venditio cõmodita
tum retentus vtili dominio fieri po
teſt irrequiſito domino directo: qui
nec poteſt vẽditionem impedire: nec
ea facta rem retrahere: multo fortiꝰ
nec proximior venditoris: per regu=
lam ſi excludo excludẽtem te:a fortio
ri excludam te:de qua in.c. auctorita
te martini de conce. prebende lib. vj.
xxvij. ¶ Iſta faciunt ad deciſionem dubij.
conſtitui ſuper re mea cenſum.xx.du
catorum: quem cenſum tibi vendidi
ꝓ.cccc.eo modo quo dixi ſuꝑ.l.lxviij.
deinde tu emptor vendis illum cen=
ſum percipiendum annatim:retento
tibi dominio directo et vtili ſi qđ ha=
bes:an proximior tuus poterit illum
cenſum retrahere pro illo pretio pro
quo fuit venditus. z videtur ꝙ non ꝑ
predicta. quia iſta nõ dicitur proprie
alienatio vel venditio:ſed magis con
tractus locationis vel alius:vt dicta.
l.neceſſario.§.finali.
xxviij. ¶ Idem dicemus ſi ego qui ſuper re
mea cenſum cõſtitui:volo ipſam alie
nare:potero te non requiſito:quoniã
per hanc cenſus impoſitionem ſuper
re mea:videor in effectu rẽ ipſam obli
gare pro ſolutione illiꝰ cenſus:vt no=
tanter vult Bart.in.l. fundus quem.
ff. de annuis legatis: videtur textus
in.l.codicillis de lega.ij.vbi prohibi=
tus alienare in extraneos: poterit ꝓ
penſione rem obligare. Si ergo ven=
didi rem illam: tu non poteris illam
retrahere pro eodẽ pretio: tenet hoc
ſpec.ti. de locato.§. nunc aliqua.vſi.
lxxxvj.z.vſi. cxviij.Albericus in.l.ij.
col.v.C. de iure emphi.z ibi. Jaſſon.
xlviij.col.tranſibit tamen tunc res cũ
onere ſuo:vt dicunt iura vulgaria.
¶ Sed quãuis tu non poſſis eam re= xxix.
trahere:proximior tamen mihi retra
here poteſt:quia vera eſt vẽditio quã
ego facio illius rei in qua tu habes cẽ
ſum vel penſionem annatim ſoluen=
dam. Hoc videtur ſentire Bald. in.
d.l.dudum.C.de contrahen.emptio.
et in. l. imperator. ff. de pactis et ibi
Albericus.facit.l.lxxiiij. infra eod.
¶ Predicta procedunt quando cen= xxx
ſus imponitur de nouo eo modo quo
diximus: ſed quid ſi cenſus eſt anti=
quus ſuper re mea impoſitus:quem
tu et tui progenitores multo tempo=
re percepiſtis:nunc autem tu illum cẽ
ſum vendis:an conſanguineus tuus
proximior poteſt illum retrahere pro
eodem pretio? Et videtur ꝙ nõ quia
lex regni preallegata foro legum lib.
iij.ti.delas ventas.l.xiij.ſuper qua ſe
fundãt alie leges in hac materia diſ=
ponẽtes:loquitur in hereditate:ideſt
in bonis immobilibꝰ.vt ſunt domus
et predia:ſicut declarat. l. vij. eod.ti.
lib.v. ordi. ergo non habebit in ven=
ditione cenſus ideſt tituli vel iuris ꝑ
quem cẽſus percipitur.cum aliud ſit
vendere ipſum corpus in quo eſt im=
poſitus cenſus: aliud eſt vendere ius
percipiẽdi cẽſum:vt.d.l. neceſſario.
§.fi.ff.de periculo et como. rei vendi.
vt paulo ante dicebamꝰ. Cum enim
lex illa ſit exorbitans a iure cogẽs ad
vendendum certe perſone:contra re
gulas iuris: eſt ſtricte intelligenda:vt
quantum minꝰ fieri poſſit noceat iu=
ri cõmuni Sicut ergo locum nõ ha=
bet dicta lex in cenſu nouiter impoſi=
to:eadem ratione nec in antiquo.
¶ Non obſtat ſi dicatur ꝙ cenſus im xxxi.
poſitus ſuꝑ re immobili:dicit annus

redditus.anni autem redditus com=
putantur inter immobilia.l.iubem⁹
la magna.C.ŏ ſacroſan.eccle.authē.
de nō alie.§.hoc ergo colla.ij.cle.exi-
ui de paradiſo.§.ſed cum anni de ver
borum ſignifi.ad idem.l.fi.C.de ven
dendis rebus ciui.lib.xi.vnde prohi=
bitus alienare immobilia: nō poteſt
alienare annos redditus.c.hoc con=
ſultiſſimo de rebus eccle.non alie.li.
vj.ꝛ prohibitus acquirere immobi=
lia: non poteſt acquirere annos red=
ditus.d.cle.exiui. tenet Abbas in.c.
nimis.ij.de exceſſibus prelatorū cūꝗ
dicta lex regni diſponat de heredita=
te:id eſt ŏ bonis immobilibus: vt etiā
declarat lex ſtili.cexxx.

xxxij. ¶ Ad iſta dicendum ꝙ anni reddit⁹:
nec veniunt appellatione mobilium
nec immobilium. Sed ſunt quodam
tertium genus inter mobilia ꝛ immo
bilia: vt nota.in.l. mouentium.ff.de
verboꝝ ſignificatio.ſicut dicimus de
de nominibus debitoꝝ ꝛ alijs ſimi-
bus.l.adiuo.pio.§.in vēditione.ff.de
rei iudi. que non veniūt appellatione
mobilium: vel immobilium proprio
ſumpto vocabulo.l. quod herede.ff.
de condi.ꝛ demonſt. largo tamē ſum-
pto vocabulo: ſi anni redditus adhe-
rent rebus immobilibus dicunt: im
mobilia: ſi autem rebus mobilib⁹:
dicuntur mobilia: vt vult Bart.in.l.
pater pupillus.ff.de admi.tuto.itaꝗ
non ſunt proprie anni redditus: bona
immobilia: ſed improprie ratione ſo-
li cui adherent: vel ex quo percipiun-
tur: vt notanter decidit Abbas in.c.
nulli.col.iij.ꝟſi.et poteſt ſic concludi
de rebus eccle.non alie. ꝛ Dominic⁹
in.c.ij.col.ij.et.iij.eod.ti.lib.vj.ꝛ con
ſequenter ſi vendatur: non eſt loc⁹ re-
tractui: niſi tunc demū cū ipſa here-
ditas venditur.ꝗ proprie ſolo cōſtat.

xxxiij. ¶ Ex iſta lege infertur ꝙ coniunctus
debitoris prefert in emptione pigno
ris cuilibet extraneo: modo venditio
ſit volūtaria: modo neceſſaria: vt.l.
ſi.ff.de priuile.credi. vide Ludo. in.l.
prima.ff.in ius vocati vt eant. colu.
ij.ꝛ in.l.imperatores.ff.de pactis vbi
ponit multa priuilegia cōiūctionis.

¶ Iſti nouem dies dati ad retrahen- xxxiiij
dum: currunt a tempore vēditionis:
ꝛ ſic dies termini computatur in ter-
mino: vt plene dictū eſt ſupra.l.lxiiij.
idem autem diſponebat dicta.l. vij.
de las ventas.lib.v.ordina. et iſtud te
ne quicquid dixerit Montaluus in
preallegata.l. decima tertia.

¶ Nota ex hac lege ꝙ non ſufficit of= xxxv.
ferre pretium vt antea diſponebat. l.
fori.xiij.ſ; oportet cōſignare.idē vult
lex.lxxv.infra.que ſumitur ex.l.acce
ptam. C.de vſuris. vbi vide Bald.
in principio.

¶ Ultra depoſitionem pretij ŏbet re xxxvj.
trahens ſoluere emptori ſumptum ꝛ
expēſas quas in ipſa emptione fecit.
ꝛ tene menti ad hoc iſtam legem. idē
tenebat Albericus in tractatu ſtatu-
toꝝ.q.lxxvij.per.l. intra vtile.§.fi.
ff.de mino.et in.l. ſi in herede.§.j.ff.
de admi.tu.ꝛ.l.pe.in principio.ff.lo=
cati ꝛ in.l.ſi ſeruos.ff.de pigno.actio.
Iſte expenſe non compenſantur cum
fructibus medio tempore perceptis.
glo.in.l.emptor.ff.de rei vendi.Bal.
in.l.diuortio.§. impendia.ff.ſoluto
matrimonio ꝛ in.l. domus de lega.j.
et in.l.ſuper.C.de euictio.Angel⁹ in.
l.quod ſimilia de lega.j. Paul⁹ de ca
ſtro conſilio.xvij.quia cum prima vē
ditio fuerit legitima: ēptor fecit fru=
ctus ſuos: nec tenebatur eos reſtitue
re retrahenti. Tenebitur ergo retra=
hens ad expenſas quas emptor fecit
in habendo inſtrumento vēditionis
a tabellione per generalitatem huius
legis. tenet Bald.in.l. eos.§. ſuper.
C.de vſuris. has expenſas probabit
emptor ſuo iuramēto ſecundū Bal.
in.d.l. domus de legatis.j.

¶ Gabellam quam ſoluit emptor p xxxvij
re empta tenetur ei ſoluere retrahēs
ꝛ ſic videtur ſentire iſta lex ꝙ gabella

eſt ſoluēda per emptorē: vt per Bal. in.l.venditor. §.ſi quid publici.ff.de heredi.vel actione vēdita. Hodie tamē ſoluitur per venditorem vt habetur in quaterno gabellarum.l.ij.preterꝙ in caſibus contentis in.l.cxx.eodem vel quando per pactum ſe obligat emptor: vt hic fuit.

xxxviij ¶ Adde ꝙ tunc demum debetur gabella quando vēditio eſt perfecta: vt plene tradit Montaluus foro legū. lib.iij. titulo delas vendidas. l.ij. in verbo(amas partes) et in.l.tertia. in verbo(deue valer) eod.titu.

xxxix. ¶ Quando vēditio dicatur perfecta: vide gloſ. in.l. neceſſario. §. ſi ita in verbo perfectam.ff. de periculo ⁊ comodo rei ven. Specu.de locato.§.vj. verſi.xciij.et.xcv. vbi dicunt ꝙ facta traditione.

¶ Sicut res vendita: ſtatim eſt tradenda emptori.l. julianus. §.offerri. ff.de actionibus empti.et.l. traditio. C.eod. ſic etiam retrahenti qui precium depoſuit et expenſas gabellam ꝙ ſoluit vt hic. xl.

¶ Antiquitus coniunctus preferebatur extraneo in emenda re a coniuncto.l.nemo in fi.ff.de pactis.l.ad officium.C.comu.diui. aliter diſpoſuit. l.dudum.C.de contrahenda emptio. vbi vide Bald.in. iij. nota.a quibus ſumpte fuerunt preallegate leges regni et iſta.de quo vide Bald. in.l.ij. verſi.tu autem nota.C.comu.rerū alie. et in.l.ij.in fi.verſi.ſed hic occurrit dubiū.C.de reſcin.vendi.facit.l.j. ff. de priui.creditor.cuiꝰ ſupꝛ mētionē fecimus.pro cōplemēto huiꝰ legis: vide pulcrū tractatum de retractu. xlj.

Lex.lxxj.

Quando muchas coſas fueren vendidas por vn precio que ſean de patrimonio/o abolengo que el pariente mas propinco no pueda ſacar la vna y dexar las otras ſino que todas las aya de ſacar/o no ninguna dellas: pero ſi las dichas coſas fueren juntamente vendidas por diuerſos precios en tal caſo pueda el pariente mas propinco ſacar la que de ellas quiſiere faziendo las diligencias ⁊ ſolēnidades enlas dichas leyes del fuero ⁊ ordenamiento contenidas.

j. Quando plures res patrimonij: vel auolēgi pro vno pretio vendūtur: cōiunctus poteſt omnes retrahere. Ratio eſt quia vnica eſt venditio.l.⁊ ſi vno pretio.ff.de actio. empti. Si tñ diuerſa ſunt ꝑcia: retrahet quā maluerit:vel oēs. Hinc.dicimꝰ ꝙ ſi quis plures emit gabellas ꝑ vno precio:de inde lege cōpulſus declarat precium cuiuſlibet in particulari:poterit alius plus offerre pro altera earum vt diſponit lex quaterni.

Lex.lxxij.

